


Emunctorium purgativum

PRO

Recenter erecto ardenti candelabro ordinis liberorum MURATORUM.

SIVE

Meridiana declaratio instituti ſcopi ac finis liberorum MURATORUM.

P.P. Camald. [illegible]

à Vigrensis Contr.

Vero Amico veritatis, & humanæ ſalutis.

Cum Licentia Superiorum.

Sumptibus Sebaſtiani Eyſenbarth, Bibliop. Auguſt. 1747.

Eremi Insulæ Virginensis

* * *

Cum Spe- ciali Gratia
& Privile- gio Rever.
& Serenis. Principis E-
piscopi Au- gustani, ac
Executionis Mandatum
per Dioece- sin.



* * *



PRÆFATIO
Ad
Chriſtianum Orbem.

Attende tibi Chriſtiane orbis, myſterium luditur in magno hujus mundi theatro, illudens omni Chriſtiano, *donec impleantur tempora nationum.* Lucæ 21. v. 24.

Quemadmodum ipſe auctor mox citandus aſſerit. pag. 483. *Mundus vult decipi, ergo decipiatur.*

Prodiit non ita dudum in publicam lucem liber Germanico idiomate, cui titulus: *Recenter erectum candelabrum ardens liberorum muratorum.*

Diffundit equidem auctor aliquod lumen in orbem, quamvis, quemadmodum liquet, præter ſuam propriam intentionem. Aſt lumen iſtud minimè eſt adhuc ſufficiens ad perſpiciendum luſum. Quam ob rem operæ precium duximus, huic fumeo candelabro emunctorium purgativum apponere, ut diſ-

ſipato fumo, ſcenâque apprimè illuminatâ Chriſtianus orbis totus attentus reddatur: Permagni quippe Chriſtiani orbis intereſt, ſub ovina pelle latitantes cognoſcere lupos.

Eſt quidem auctor Acatholicus, hinc oculis Catholicæ plebis jure inhibitus, viris porrò eruditis, & facultate legendi præditis ſummoperè perſuadendus unà cum ſcriptis & auctoribus in eo citatis, ob hanc enim ipſam cauſam hîc latino idiomate utor, ut omni Chriſtiano orbi in omni lingua & natione innoteſcat illuſionis myſterium, alioquin longè minori labore reſponſurus vernaculâ; Unde benevoli lectores ſtylo haud terſo veniam dabunt, propè gnari horum mechanicorum Germanicas & ſubinde etiam ineptas ac ridiculas phraſes difficillimè in diſſertum latinum ſermonem verti.

Cæterùm nemini ullam offenſionem, ſed quibuslibet ſtatibus debitum honorem tribuens, ſolis viris mechanicis muratoribus qua talibus emunctorium iſtud pro ſervitio ad ipſorum laborem impendo, præſertim inaudiens, ipſos multùm occupari labore ac negotio perambulante in tenebris, & propterea profectò tam emunctorio, quàm candelabro ardenti indigos: nec ab ullo mihi id prudenter vitio vertendum, exiſtimo, tum, quia omnibus notum, quemlibet ſecundùm ſuam profeſſionem eſſe cenſendum ac tractandum, nullâ ampliùs habitâ originis vel

nativitatis ratione, tum etiam, quia ipſimet ſuam artem mechanicam ſuper omnem nobilitatem, ſuper omnem excellentiam, ſuper omnem dignitatem usque titulum regium, imò per ſymbola usque DEos deásque extollunt. Sit ergo, aperiatur ſcena, opificium regium compareat in lumine, & præter exſpectationem ſpectetur myſterium. Omnia tamen perquam ſuccinctè citra lectorum tædium, ad honorem ac gloriam Sanctiſſimæ Triadis.

Can-del. p. 267.

Caput Primum.

Quænam muratorum Societatis ſint laudabiles, & quænam ſuſpectæ? I.

Paſſim ex libris exploratum habemus, inter mechanicos jam ab antiquis viguiſſe laudabiles ſocietates etiam ſubinde ſub ſecreto percautè cnſtoditis tum artis, tum ſocietatis arcanis, nec improbabile videtur, Catholicis ac piis muratoribus ſeſe olim aſſociâſſe viros illuſtres ac Principes, atque cum eisdem ſub iſto aut ſimili titulo conceſſiſſe in terram ſanctam aut in alia infidelium loca ex optimo & ſanctiſſimo Zelo, nempe ut vel captivis & oppreſſis Chriſtianis opitulatrices manus porrigerent, vel ad converſionem infidelium incumberent. Certè laudum præconiis & imitatione digniſſimi.

Verùm ab iſtis Apoſtolico zelo flagrantibus viris moderni muratores liberi toto cælo differunt, paſſim malè olentis famæ ſuſpecti de horrendis criminibus, de præſtigiis, pactis, & commerciis cum dæmone, nullatenus me auctore, ſed ſic narrante ardenti candelabro. pag. 173. Ipſiſque muratoribus liberis tam in ſuis Gallicis quàm Germanicis cantilenis id ipſum decantantibus, in eodem candel. pag. 105. & pag. 109. Eadem fama volat de confraternitate mopſorum.

2\. Can- del. 479. Ubi ſciendum, mopſorum fratres cum liberis muratoribus eſſe ferè ejusdem farinæ, & mutatis duntaxat paucis, iſta occaſione ab eisdem voluiſſe diſtingui; Nempe liberis muratoribus à ſummo Pontifice Clemente duodecimo fulmine excommunicationis percuſſis, in regionibus Catholicis aliqui eorum, ad eludendum Apoſtolicum excommunicationis decretum, mutavêre nomen & ſymbolum, ſeipſos titulantes fratres mopſorum, priùs nominati liberi muratores, aſſumpto pro ſymbolo ſuæ confraternitatis cane mopſo, repudiato cæco puerulo cupidine, ſymbolo liberorum muratorum, cum ſuperaddito, ad alicujus diſtinctionis apparentiam, ſtatuto, quòd & identidem etiam fæminas in ſuam confraternitatem admittere velint, in candelab. pag. 479. & de hujus ultimæ confraternitatis membris ſpargitur, quòd in ſuis

conventiculis poſticam canis mopſi partem oſculis venerari ſoleant, more ſagarum lambentium poſteriora hirci.

Porrò abſit à me ex fallibili famæ volatu temerè prorumpere ad ferendum judicium, ſed relictis minùs certis, ad certiora pergamus.

Caput Secundum.

Muratores liberi cum toto ſuo peſtifero ordine ſunt excommunicati, & contemptores excommunicationis. 3.

Liberorum muratorum ordinem eſſe peſtiferam luem, primam & omnimodam certitudinem habemus ex publica ſententia univerſalis Patris totius Chriſtianitatis ſummi Pontificis Clementis duodecimi, qui poſt diligentem disquiſitionem, invocatâ ſpiritûs ſancti gratiâ, & cum cardinalibus accurrata conſultatione ex matura deliberatione die 29. menſis May, anno 1738. omnes liberos muratores, totum ipſorum ordinem, & omnes eidem adhærentes per ſpecialem Apoſtolicam Bullam, majori excommunicationi ſubjecit, inhibens inſuper in virtute ſanctæ obedientiæ, ne quispiam Catholicorum, cujuscunque demum conditionis, ſtatûs, officii aut dignitatis ſit, huic ordini vel ſocietati inſcribi ſe ſinat, ne ejusdem conventicula ullo mo-

Candelab. pag. 85.

do aut loco permittat, ne illius membra uſpiam viſitet, aut defendat, vel quomodolibet cum eisdem communicet ſub eodem excommunicationis vinculo, ipſo facto, contrahendo, à quo, extra articulum mortis nemo quemcunque eorum abſolvere valet, niſi ſolus ſummus Pontifex. Hinc palam habetur, eosdem tanquam contumaces, & ſupremæ poteſtatis contemptores non ſolùm à ſacro-ſanctis Sacramentis, & Sacrorum Communione, ſed etiam (ſi tamen absque vera pænitentia deceſſerint) ab eccleſiaſtica ſe-
1. Reg. pultura eſſe arcendos. *Quoniam quaſi pecca-*
15. v. *tum ariolandi eſt repugnare, & ſcelus idolatriæ,*
23. *nolle acquieſcere.* Præſertim ſupremæ poteſtati in terris, ſummo Pontifici, Chriſti Vicario, univerſali omnium Chriſtianorum Patri, cui ſub gravi peccato obtemperare tenentur, quicunque Chriſtiani nominis cenſentur, etiam Acatholici, cum quibus tamen hoc loco mihi nullum litigium, ſed jam moveo greſſum ad alia.

4.

Caput Tertium.

Liberi muratores potiſſimis Europæ Provinciis & regnis exeſſe jubentur.

Jure gentium receptum eſt, ut contagioſâ peſte infectis ubique gentium ad ſana loca etiam ſub graviſſimis pænis inhibentur acceſſus.

Et quamquam liberi muratores ſuo conſor-

tio

tio forſitan non enecent corpora, inficiunt tamen animas ad ſempiternam vitam ordinatas perennis mortis contagio, hinc profectò nemo eisdem liberis muratoribus ad ſuam communitatem vel populum indulgebit acceſſum, niſi ſana fide carens, & ignorans, pretioſas animas, Chriſti ſanguine redemptas pluris æſtimandas, cautiúsque cuſtodiendas eſſe ipſis corporibus, alioquin morituris. Id ſibi cordi habet Hiſpaniarum pag. 88. regnum, hinc anno 1740. Madriti emanavit decretum, ut liberi muratores ubique inquirerentur, atque inventi in captivitatem mitterentur, ſic pariter anno 1743. Uliſiponæ in Portugallia experti ſunt Inquiſitionis officium, & captivitatis hoſpitium. Sic anno 1737. in Gallia omne conſortium cum liberis muratoribus fuit ſeverè prohibitum. Sic in Polonia anno 1739. con- pag. 76. tra ipſos muratores liberos & eorum fautores in omnibus Eccleſiis fuit excommu- pag. 88. nicatio promulgata, ut taceam Italiam, ubi poſt latam excommunicationis ſententiam in ipſos propediem fuit ſtatuta inquiſitio. anno 1741. in Inſula Maltha omnis acceſſus fuit ipſis ſeverè interdictus. Pariter Gan- pag. 87. davi in Flandria anno 1738. à Magiſtratu muratorum horum confraternitas ſeveriſſimè fuit prohibita. ſic Viennæ anno 1743. in domo, ubi celebrabant conventiculum, à regiis officialibus fuerunt circumcincti, aliquid

eorum arrestati, in Festo Sancti Josephi ex specialissima gratia attamen iterum dimissi, cum expresso annexo interdicto, ne deinceps hujuscemodi conventicula instituere præsumerent, ast quid curat interdicta inobediens, & superbus murator?

Consimiliter anno 1738. in Suetia inhibens edictum fuit promulgatum. Sic anno
pag. 74. 1735. societas seu confraternitas liberorum muratorum in Holandia severè fuit inhibita. Pariter testatur Krafftmannus Anglicanus auctor, in Anglia eorum conventus
p. 211. non tolerari.

Hem, quot & quanta interdicta ac inhibitionis edicta contra liberos muratores, quæ tamen universa ipsi minimè curant, & ceu illusores omnium regum ac principum, omnem potestatem contemnunt, nec ulla ratione habitâ divinæ scripturæ differentis: *qui*
Ad Rom. 13. v. 2. *resistit potestati, Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.* Quisquis proin adhuc aliquam potestatem vel superiorem juxta mandatum & ordinationem Dei honorat, mecum solerter inquirat, utrum ergo omnes mundi rectores suis inhibitionibus sint erroris arguendi, ipsi autem liberi muratores soli censendi innocentes ac Sancti?

Et primò quidem examinemus ipsorum Religionem ac dilectionem, deinde eorum subjectionem, nam propter hæc, nempe pro-

pter

pter Religionis, & rebellionis diſcrimina ac damna ipſorum conſortia & ſodalitia potiſſimum tam ſeverè ſunt inhibita. Unde ſit.

Caput Quartum.

De

Religione Liberorum Muratorum.

Hem tibi amice lector inſolitum aliquid ex candelabro ardenti ordinis liberorum 5.
muratorum, liberi muratores, quamvis homines Mechanici, nimirum ſuæ artis muratores, eodem candelabro, ſeu auctore paſſim, atteſtante profitentur certum aliquem ordinem, ad quem certis ritibus & cæremoniis in præſentia fratrum p. 471.
publicam profeſſionem deponunt, dedicantur, ac conſecrantur, atque publico juramento eidem ſeſe obſtringunt, ac mancipant. Unde hoc loco religio ordinis, ad quem juramento ſeſe obligant, diſcutienda eſt, non autem cujus religionis ante profeſſionem ordinis quis fuerit, neque cum quâ religione per accidens quis communicare queat. Unde quisquis profeſſionē Catholicæ fidei deponit, pro Catholico reputatur, tametſi ante iſthanc profeſſionem fuerit calviniſta, vel quamvis per accidens ſive licitè ſive illicitè cum Calvinianis communicet, ſimiliter, quicunque conſueto ritu præſertim addito juramento ad Judaiſmum vel ad Machometiſ-

mum

mum initiantur, ipſi ſunt veri Judæi, veri Machometani, quamvis ſubinde Chriſtianorum templa frequentent, aut ante hanc profeſſionem Chriſtiani exſtiterint.

6. Hiſce proin præmiſſis, certum ac manifeſtum eſt, ordinem liberorum muratorum diſcedere ac deficere à totaChriſtianitate, & expreſsè profiteri, ſuósque obligare ad gentiliſmum & ad antiquorum gentilium philoſophorum ſectas, id legenti candelabrum multis in locis paſſim patebit ad oculum. Sic ipſimet & quidẽ principaliores liberi muratores Friderico Marchioni Brandenburgenſi in ſua quinta eſſentia ſui inſtituti rationem reddiderunt, hisque expreſſis Germanicis terminis totum fundamentũ ſui ordinis non ita pridem declaraverunt: Unſere Bewunderungs-würdige Kunſt hat auch vor allen anderen menſchlichen Geſellſchafften darinn einen Vorzug, daß ſie auf einen feſten und beſtändigen Grund-Sätzen beruhet, und nicht ehender als mit der Welt ein Ende nehmen kan. Diſe Grund-Sätze, ſind nach Maurer Art zu reden, die Verſchwigenheit, die Moralität, und die gute Geſellſchafft, welche diſes gantze prächtige Gebäude halten. Jedem diſer dreyen Grund-Sätze zufolge haben wir beſondere Pflichten, an welche wir auf das allerheiligiſte gebunden ſeynd. Ars noſtra ſtupore ſdigna per hoc cunctis aliis humanis ſodalitatibus

præ-

præeminet, quòd quiescat super firmas constantésque fundamentales leges, haud ante finem mundi finiendas. Istæ fundamentales leges sunt (more muratorum loquendo) silentium, moralitas, & bona societas, tres columnæ, & tria fulcra, quibus totum pomposum ædificium conservatur. Istis tribus fundamentalibus legibus in obsequelam habemus speciales obligationes, quibus sanctissimè obstringimur.

Ecce ipsorum fundamentum totum, & consequenter præcisè est ex propria confessione moralitas, deficiens à fundamento Christianitatis, & Christianorum fundamentis, de quibus Apostolus ait: *Superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo Angulari lapide Christo JEsu.* Pariter discedunt, & deficiunt à fine Christianitatis, nam finis Christianis est spes æternæ gloriæ, Christiani laborant, & operantur pro æterna gloria. Ipsi verò constituunt suam beatitudinem cum gentilibus philosophis in temporali felicitate & societate, quemadmodum id ipsum in citata quinta essentia æquè luculenter exprimunt per illa antecedentia verba: Die zu unseren Zeiten so berühmte Frey-Maurerey ist in ihrem Wesen nach nichts anders, als eine Gesellschafft kluger Persohnen, welche durch das Band der brüderlichen Liebe unterhalten, und die Reglen der moralischen Tugenden

Ad Ephes. 2. v. 20.

genden geführt werden, anbey sich bestreben, eine vernünfftige Geselligkeit zu beobachten, worzu jedes Mitglied alles, was dieselbe nur nutzlich und angenehm machen kan, beyzutragen verbunden ist: Res muratoria nostris temporibus tam celebris, in sua substantia nihil est aliud, quàm societas personarum prudentum, quæ vinculo fraternæ dilectionis conservandi, & per regulas moralis virtutis ducendi toto pectore incumbunt ad observandam suam socialitatem, obligato quolibet membro ad conferendum omne id, quod istam socialitatem utilem & gratiosam red-
in cand. dere valet. Hinc dicitur pag. 175. ordo liberorum muratorum erit tam discretus, ut liberrimè fateatur, quòd ad regnum gratiarum non pertineat, & consequenter neque
in cand. ad regnum Dei, neque ad regnum Christi,
p. 348. sed ad societatem infidelium ac damnandorum, quemadmodum à Domino Simonetti Acatholico professore publico fuêre convicti, de quo suo loco plura. Inte-
p. 174. rim hic ulteriùs.

Si dicitur fratres muratorum liberorum in antiqua religione instituі, per religionem intelligunt gentilium stoicorum sophisticam, cui propediem in ipsa receptione dedicantur, consecrantur ac inuramento mancipantur. Eò collimant ipsorum symbola.

Sic

Sic in ſuis congreſſibus, quos vulgò logos ſeu loſen nominant, præſertim poſt ſuſceptum aliquem canditatum, quantocyùs ſuos hymnos intonant, aſt qualem, an forſan hymnum Ambroſianum Te Deum laudamus? nihil minùs. Sed ipſe Magiſter dictorum muratorum in conſeſſu ita ſermonem incipit: obſecundemus imcomparabili catoni, nos commonenti, ut ſimus ſani, jucundi contenti. p. 129.

Deinde proſequuntur hymnum omnes præſentes fratres ſeu muratores. Collaudemus & imitemur catonem, veneremur Platonem, Socratem, & Xenophontem. Magiſter pergit: obſervemus æqualitatem tanquam fratres. Et reſpondent cuncti, ſimus comilitones, & boni amici: Magiſter ulteriùs: faveant nobis muſæ, & gratiæ: reſpondent omnes: committentur noſtra verba & opera.

En ipſorum preces & religionis exercitia! Ex hucusque dictis, & multis aliis brevitatis causâ omittendis profectò palam habetur, liberos muratores quoad Religionem ipſis Judæis, Machometanis, Arianis, & cunctis hæreticis eſſe deteriores, nec non & omnis religionis illuſores ac contemptores.

Caput

Caput Quintum.

Quòd illusores liberi muratores Religionem contemnant, eique illudant.

7. Quamquam auctor candelabri ardentis liberum muratorem se apertè non profiteatur, attamen ubique se prodit ipsorum amicum, & cum ipsis summoperè indigere emunctorio & emunctione propter tam multiplices religionis contemptus. Sic pag. 333. auctor ait: Erubescant moderni Christiani, quòd nedum eò pervenerint, quo ista societas, quasi ab ipsa natura producta.

Item pag. 20. 3. asserit: planè omnes ordinationes tam in Ecclesiasticis quàm politicis inter modernas religiones non sunt tam bonæ, quàm societas liberorum muratorum cum ordinationibus suis. En contemptum omnium modernarum Religionum, seu totius Christianitatis, ac omnium Christianorum, etiam regum, ac Principum cum suis legibus, & edictis. En Christianum seductum totum alienum ab eis, qui nihil credere volunt, nisi quod in divinis scripturis habetur expressum; is enim liberorum muratorum nugas & fabulas super suam religionem, & super omnem scripturam extollit, vocans seipsum amicum hominum, non autem Christianorum

norum, fundari verò liberos muratores in nugis & fabulis, passim videre est in ipso candelabro ardenti ipsomet etiam auctore teste. p. 158. & pag. 122.

Verùm consideremus religionis contemptum ab ipsis muratoribus. In contemptum religionis sese appellant Reverendos, & suos Magistros Reverendissimos, se solos hi pharisæi deprædicant, omnes verò reliquos Christianos sine ulla exceptione reputant pro immundis, imò Christianus populus vocitatur ab illis das ruchlose Volck vulgus infame. p. 129.

Unde super januam aulæ, ubi suos congressus celebrant, hæc verba latina scribere solent: Arceatur profanum vulgus. In contemptum Religionis vocant suas nugatorias cæremonias benedictionem seu consecrationem. p. 124. p. 171.

In contemptum Religionis non nemo ipsorum mechanicas nugas Catechismum appellat.

Præcipuè verò suum Christianitatis contemptum ostendunt in lib. suarum const. p. 55. ff. 6. illis expressis verbis. *Qualem speciem habet partus cerebri, Christianismus ipsorum? bonum & substantiam perdiderunt, vera species non amplius adest, penetrans divinum ac beatificans, quemadmodum & difficillimum in Christianismo nec quidem cognoscunt. Quis prohinc non gaudeat? quòd talis advenerit ordo,* p. 135. Candel. p. 345.

qui reliquias bonæ humanitatis in corrumpto Christianiſmo colligat, Deviantes Chriſtianos ad hominum dilectionem reducat, ab erroribus revocet, & erubeſcere faciat. Quamobrem ſummè neceſſarium & utile exiſtimatur ut, collapſæ humanitatis alicubi cura geratur. Siquidem nemo poteſt Chriſtianus eſſe, niſi priùs verus ſit homo. Amor proin ordinis liberorum muratotorum ad id incumbit, ut faciat homines.

Ecce! quantus contemptus in omnes Chriſtianos! nam percontatio ſurgit, cur ergo iſti mechanici ſuâ trullâ non faciant homines ex Turcis? ex gentilibus & idololatris? An ergo ſolos Chriſtianos non reputant homines? quantus contemptus! quanta injuria in Chriſtianam doctrinam & in ipſum Chriſtum, omnis perfectionis Magiſtrum! quaſi verò ſuâ infinitâ ſapientiâ nec eſſet ſufficiens nec potens facere veros homines, & ex lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ, ſed neceſſariò indigeret ſophiſtis gentilibus: nota murator. Nota Mechanice: Chriſtus Dominus ſuâ cæleſti doctrinâ ex barbaris & ferinis populis non ſolùm veros, ſed & ſanctiſſimos homines fecit: Unde ſuis Apoſtolis mandavit, aſſeverans: *Euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ.* Et alibi: *Ecce ego mitto vos ſicut oves in medio luporum.*

Marci 16. v. 15. Matth. 10. v. 16.

En ex lupis rapacibus fecit manſuetas oves, veros & ſanctos homines, viros Apoſtolicos, & doctores gentium.

En intolerabilem proterviam! homines mechanici, in Christiana doctrina rudes idiotæ, absque ullo probabili missionis signo, ex propria præsumptione volunt reformare totam Christianitatem. Legatur, relegatur, & perlegatur totum candelabrum unà cum ipsorum constitutionibus de doctrina Christi servanda ubique altum silentium, & tamen non erubescunt Christianorum se jactare Magistros. O superbiæ monstrum! sutor ne ultra crepidam, murator ne ultra trullam de nomine Domini nostri JEsu Christi nec quidem fit mentio, sed hîc latet mysterium, de quo suo loco, jam ad aliam scenam.

Caput Sextum.

De Amore Liberorum Muratorum.

Amorem inter liberos muratores dari 8.
libenter admittimus, inveniri autem apud ipsos charitatem, propriè talem, semper negamus. Amor quippe varius esse solet. Est amor bonus, est amor & malus, amor purus, & impurus, animalis & sensualis, & pharisaicus, ac hypocrisi plenus. Charitas autem propriè est virtus Theologica, à qua liberi muratores longissimè recedunt, nullibi ejusdem memores, nec sanctorum,

in hac virtute supra modum excellentium, minùs Christi Domini, qui propter nimiam charitatem suam tradidit semetipsum pro nobis, hac spretâ, de suo amore naturali, seu dixerim potiùs animali, superaddunt plausibus plausus, quasi nunquam huic simile fuisset in orbe. Ipsi soli volunt videri possessores amoris renovantis faciem terræ, creantis homines, parturientis montes, amoris amœnissimam confraternitatem, suavissimam societatem, consortium omni favo & melle dulcius.

Dixi signanter animalis potiùs, quàm verè humanus, nam dilectio humana etiam animas curat: Ipsis autem de animabus nulla cura, nec apparet, quòd animarum immortalitatem credant, se enim exhibent
Sap. 2. v. 6. & seq. ceu confratres illorum canentium: *Venite ergo, fruamur bonis, quæ sunt, & utamur creaturâ tanquam in juventute celeriter, vino pretioso, & unguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis, coronemus nos rosis, antequam marcescant: nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo nostrum exors sit luxuriæ nostræ: ubique relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra, hæc est sors.* Legantur ipsorum cantiones, & omni legenti parebit ad oculum.

pag. 95. & seq. p. 161. Nihil ipsis cum viris gloriosis, sed cum horatio poëta, cum ficta Minerva, cum Pythagora, cum Harpocrate, cum Epicuro

&

& Platone, hos pluris faciunt Abrahamo, Isaaco, Josue, Davide & Christo. Ipsorum Magistri & præfecti suo animali ac cæco amore sunt cæci duces cæcorum, unde & in signum hujus puerulum cæcum pro suo symbulo gentilitio assumpsêre. Duces sunt ad ducendos bonos dies, & in puncto temporis ad infernum deducunt. Ecce hic scopus, hic finis belluini amoris in ordine liberorum muratorum: Verùm adhuc alius amor latet sub Murcia. De qua sit p. 111.

Caput Septimum.

De Amore mulierum & poculorum in ordine liberorum muratorum.

Quamquam liberi muratores ad ædificanda tabernacula justorum sint inepti, bellissimè attamen callent, dealbare semetipsos veluti parietes & sepulchra mortuorum, hypocritæ in summo gradu, hinc ad aliquam honestatis apparentiam fæminas à suo ordine excludunt. Sed quare? an amore castitatis, ad imitationem religiosorum? Minimè gentium: Religiosos enim & castitatis votum sustinere nequeunt, tanquam naturalistæ ut octo, naturæ resistere nolunt: *Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo?* Proverb. 6. v. 27.

Nequaquam equidem diligunt fæminas charitate & amore supernaturali, ipsis ignoto, quo omnes homines, & fæminas jubemur diligere, sed amore naturali, quo omne animal diligit sibi simile, amore animali & carnali. Unde candelabro ardenti testante, toties totque suspiria mittunt ad sexum pulchrum, ad sexum speciosum, uti pag. 107. pag. 245. & pag. 241. Unde pag. 422. sic suspirant: optamus summopere, ut nobis per circumstantias ordinis licere queat, nostram societatem, & nostros conventus etiam cum inæstimabili sexu condecorare, & hoc propter inclinationem ad pulchritudinem, atque propter illectamentum ad ingenuas facies.

Optamus istam satisfactionem, imò fa-
2. Reg. tentur se eodem morbo laborare, quo
13. quondam laboravit Princeps Amnon erga speciosissimam Thamarem. Quod citato loco hisce Germanicis verbis exprimunt: **Wir wünschen uns dises Vergnügen mit Sehnsucht, mit Empfindlichkeit und Eyfer**, ex sensuali ac ferventi concupiscentia.

Notate hæc honestæ Matronæ non ex virtute neque ex lege conjugii, sed propter florem pulchritudinis à liberis muratoribus amamini, hinc flore pulchritudinis semel deperdito, accedent ad alias speciosiores: nequaquam quippe intelligunt illud:

qui

qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. ad Gal. 5. v. 24.

Sed juxta ardentis candelabri testimonium, *aut defectuosi esse, aut contra conscientiam loqui deberent, si naturæ sensualitatibus resistere vellent.* p. 240. Imò pag. 110. in suis cantionibus exclamant: O bezauberendes Geschlechte! verwillige uns doch deinen Beyfahl. O fascinans sexus, præbe nobis tuum consensum. Hinc etiam sua conventicula, seu vulgò losas in aliquo hospitio instituunt, ne in propriis ædibus à propriis conjugibus tam facilè notentur, aut deprehendantur, propterea etiam habitum cæmentariorum induunt, ne tam facilè agnoscantur, hoc totum etiam tacendo exprimunt per suum symbolum, mox in fronte ardentis candelabri positum, ubi in cupro cernitur effigiatus puerulus cæcus inter duos muratores digito super os posito cum subscriptione: Cupido ein Freymaurer, ipsi autem muratores puerulum manibus tenent, quasi rogantes, ut taceat, quæ turpia dictu.

10. Nec mirum, liberos muratores esse totos in concupiscentiis fæminarum, nam tum ex historiis, tum ex sacris scripturis comperimus, etiam gentiles Philosophos carnalibus vitiis, ac peccatis fuisse obnoxios, & quidem ea de causa, à Divo Paulo assignata, *quia cùm cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt,* Ad Rom. 1. v. 21.

sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. En, liberos muratores horum sectatores ad vivum depictos! Ipsi quippe cum philosophis quidem cognoscunt Deum, sed nequaquam glorificant Deum, neque gratias agunt Deo, prorsus alieni ab illa divina doctrina: *omne*
ad Col. 3. v. 17. *quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini JEsu Christi gratias agentes Deo & Patri per ipsum.*

p. 114. Judæ v. 4. Isaiæ 5. v. 21. Ad Rom. cit. cap. 1. v. 24. Passim patet ex ipsorum cantionibus, quòd abutantur creaturis ad suas voluptates. *Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, & solum dominatorem & Dominum nostrum JEsum Christum negantes*, sapientes in suis propriis oculis. *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua.* Ecce belluinum amorem in societate muratorum. Jam audire placeat quoque inter ipsos amorem poculorum.

Caput Octavum.

De Amore & ritibus liberorum muratorum inter compotationes.

11. p. 462. In conventibus est strata tabula quasi fundamentum ad stabiliendum & nutriendum

dum amorem, nihil auditur apud ipsos de jejuniis, vel corporis macerationibus, liberi muratores volunt comedere, bibere & jucundari. Ad bibendum non utuntur vitris, sed ligneis calicibus: ratio hujus in terminis datur; Weil die Trinck-Exercitia zu hefftig sind, quia compotationum exer- p. 468.
citia ingenti vehementia exercentur, vitris fragilibus periculosa nimis: conflictantur enim potando sicut exercitati milites in actuali conflictu cum hoste, ceu strenui Bacchi pugiles, & (quemadmodum candelabrum ardens etiam alibi testatur) ve- p. 194.
luti nobiles animosi Epicurei. Heluando atque potitando omnia arma bellica, cunctáque exercitia militaria ad vivum exhibent, tanto ardore, tot tantísque explosionibus calicum, ut castellum rationis vel fumo expugnari debeat. Et hæc ingurgitatio à candelabro urenti tanquam aliquid artificiosum & speciale laudatur. Sed nondum statim finis, etiam scythissatur festivè exhibendo cuncta exercitia muratorum cum ipsorum vasis & instrumentis mechanicis. Interea ab ipsis jubilatur & can- p. 469.
tatur:

Brüder von der Maurerey,
lasset uns von Sorgen frey,
unsers Lebens Lust geniessen,
last das rothe nasse fliessen.

In latinum ſic verti poteſt:

Fratres de muratoria,
impleantur ventris dolia
vino meraciſſimo.
Abundemus omnes crapulis,
affluemus & deliciis,
luxu jucundiſſimo,
ritu ſtupidiſſimo.

Decantatâ ultimâ cantilenâ ſervi afferunt majora tormenta potoria, vino impleta.

pag. cit. Deinde ſurgentes è menſa, ſtando faciunt circulum, ſive (uti auctor candelabri loquitur) catenam, ita, ut quilibet una manu, ne labatur, teneat ſuum vicinum, altera verò majus tormentum potorium per guttur velut per canalem in ventrem explodat.

Et hiſce madidi muratores ceu devoti ſacrificuli ſuo Baccho ſacrificant.

12. Quid tu ad hæc, ô doctor gentium ſancte Paule? *Multi enim ambulant* (ſuſpirat) *quos ſæpè dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos Crucis Chriſti: quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt. Convivantes ſine timore, ſemetipſos paſcentes.* Verùm divinas ſcripturas, & veram Catholicam fidem ipſi more gentilium pro ſuperſtitionibus habent.

Ad Philipp. 3. v. 18. & 19. Judæ v. 12.

Et

Et tamen, quod mireris meritò tanquam Ethnicismi sectatores & aperti professores, primis Christianis sese comparant. Sed in quo? in hoc asserunt; quia ad instar primorum Christianorum detractiones, infamationes, ac falsas imputationes innocentissimè patimur. Ergóne inter epicureas comessationes, & tam vehementes computationum conflictus adhuc estis sobrii & innocentes. Omnino exclamant: innocentissimi; nam apud nos omnia fiunt nach dem Winckel-Maaß. Juxta regulam. Ast in quo consistit illa regula? Es ist ein gemeiner Grund-Satz (respondetur p. 474.) im Singen ist alles erlaubt. Pro fundamento habetur, cantantibus omnia licere, hæc ipsorum fundamentalis regula. p. 419. p. 464.

13. Modò capio: nempe estis exleges liberi cœmentarii, confratres fors libertinorum, de quibus Joannes Gualterius lib. 10. de ortu hæresum ex probatis auctoribus inter alia sequentia, vestro instituto bellissimè consona scribit: *Suam spiritualem regenerationem in eo collocant, ne ulla re, ne peccati remorsu, nec Dei timore, nec judicii terrore tangantur. Unde docent, omnia homini esse licita sine ulla exceptione, omnéque genus vivendi probant &c. Omnibus ergo sacris tam Catholicorum quàm Evangelicorum sese intrepidè miscent, omníque impietati sectarum omnium consentiunt. Scripturas rident, ac pro fabulis habent, &c.*

Ex propria vestra confessione, & publica professione intelligo vestrum institutum, nempe finem & exercitia vestri ordinis esse
Cand. pag. 10. merè naturalia, ad imitationem antiquorum philosophorum & gentilium, etiam muratorum, qui planè sceleratissimos quoslibet quandóque homines diis adscripsêre, non ignoro, vos esse artificiosos muratotores, apprimè gnaros, vosmetipsos candida innocentiæ calce dealbare. Inaudio vos liberos, ast *liberi*, inquit Joannes Gualterius ex Lindano lib. 10. de ortu hæresum *sunt hæretici ex Anabaptistarum ordine arrogantiæ typho ac tantùm non crepantes, eò perfectionis sese simulant pervenire, ut non solùm Deo similes sese jactitent, sed scribant etiam, sese jam indigetatos.* Verùm hæc potissimum de ordine & instituto vestro dicta velim, interim non negans, posse inter vos etiam aliquos innocentes inveniri, de quo suo loco. Jam autem, ne putetis, vestrum ordinem à solis Catholicis reprobari, audiamus & itentidem judicium doctorum virorum ex protestantium Religione.





Caput

Caput Nonum.

De

Liberorum Muratorum Ordine, Judicium Christiani Ernesti Simonetti Professoris publici Scholæ ac Ecclesiæ Göttinganæ.

Quoniam viri, tametsi Acatholici judicium & Argumenta, ordinem cæmentariorum ex fundamento exenterantia, attentâ consideratione digna mihi visa, hinc eorum saltem nonnulla notabiliora, non quidem de verbo ad verbum, attamen quoad sensum hîc in latinum sincerè transferre, & Christiano orbi communicare volui. Exposuit porrò vir doctus suam mentem anno 1744. parietariis tabernæ Berlinensis, ubi posito sermonis initio, telam sic texere pergit: multa ac multifaria à variis de vestro ordine percepi, cuncta tamen mihi oppidò infantilia, inepta, irrationabilia, nimis cabalistica, insipida, & consideratione indigna visa, inaudiens verò, in civitate regali Berlinensi, novam tabernam, seu losam pro liberis cæmentariis esse institutam, cæpi cogitare mecum: Planè tantus Monarcha, tantus rex, noster tam sapiens Fridericus ad suum regnum ac territorium nunquam concederet liberum accessum hominibus

14.

p. 336.

nibus prorſus inſipidis, ipsíque Religioni ac ſtatui civili pernicioſis. Dedi proîn operam magnâ induſtriâ perluſtrandis opuſculis de veſtro ordine divulgatis, præcipuè veſtris propriis ordinis conſtitutionibus, animo mecum revolvens in his absque veſtra confuſione mihi nihil negari poſſe.

Igitur reperi p. 39. §. 5. ſcopum, finem & intentionem veſtri ordinis eſſe, per veſtram tam dulcem confraternitatem humanum genus perducendi ad quietam, ſuavem ac fortunatam temporalem vitam, pro fundamento poſito in veſtra confraternitate, fraterno amore, unione, & tranquilitatis fruitione, ad clavum ſedente, naturali rationis dictamine per legem naturalem inſtructo. Comperi ulterius ibidem, ab auctore conſtitutionum ſcopos ordinis in certos numeros dividi, horum præcipuum eſſe, omnes homines in univerſalem naturalem unionem, & veram humanitatem reſtituere, veros homines facere: nempe liberi muratores, chriſtianitatem, quam ab omni humanitate defeciſſe credunt, reformare, ad naturalem honeſtatem reducere, religionem præterire, cum omnibus pacem habere, commodè vivere, atque jucunda ſocietate gaudere volunt.

Cand. p. 342.

Aſt hæc certè approbare nequeo, quia hæc vita pro ſuo ſcopo corporis voluptates habet, animarum curâ neglectâ; quod eſt corpus

corpus sinę anima, hoc est anima sine religione.

Vera Religio præ naturali ratione providet optima media ad extirpanda vitia & ad acquirendas virtutes, ad emendandos homines, ad detegendas & rejiciendas falsitates.

Nemo potest simul Deo & idolis servire, quare ordo tam suavi quiete lœtatur? Nimirum, quia ejusdem membra veluti idola se invicem amant, &, quia neglectâ animarum curâ, inveteratus peccator novo fratri, rerum potissimarum ignaro perquam commodè commorari potest.

P. 65. Exultat quasi auctor constitutio- 15.
num, quòd in Germania libertas credendi, & plures Religiones suo libero exercitio gaudeant, in speciale subsidium sui ordinis, quia in regionibus ac provinciis Germaniæ liberis cæmentariis liberum ac licitum est, suas larvatas dictiones Gallicas absque metu detegere, & tam Judæos, tam Turcas, tam gentiles, quàm Christianos suos fratres vocare, dummodò exerceant, quod jure naturæ præceptum, nam custodia juris naturalis facit tres & semiquadrantem alicujus liberi parietarii.

Ad hoc respondet Christianus Simonetti, hoc videtur sanè ridiculum, quia secundùm hoc quilibet liber murator naturalista 281. semiuncialis censendus est. Dicunt

mihi: utique Chriſtianus tenetur juxta rationem, & ſecundùm jus naturæ vivere. Id quidem verum, at verò ſi ſolo jure naturæ ſunt contenti; tunc profectò de ipſorum animabus actum eſt, nec ipſi ampliùs fidelibus, ſed infidelibus annumerandi ſunt: non enim duntaxat Deum negans, ſed omnis quoque negans divinas revelationes pro infideli habetur.

Cand. p.284.

Per divinas revelationes jus naturæ non tollitur, ſed roboratur ac perficitur: Chriſtiana Religio naturalem hominem non deſtruit, ſed inſtruit ac perficit. Unde cæco modo aſſentire nequeo MSX. Chaulieu aſſeveranti, omnes liberos muratores eſſe fundamentales atque veros naturaliſtas, nam adhuc in quæſtione manet, utrum absque Chriſtiana Religione tales eſſe ac perſeverare queant. Præſertim cùm ipſe auctor conſtitutionum p. 81. probare conni- tatur, veros naturaliſtas non ampliùs reperiri in mundo, neque Tyndalum, neque Whiſtonem, neque Platonem, neque ſocratem tales fuiſſe.

Cand. p. 349.

Cand. p. 351.

Porrò hîc ſuadeo ipſis ſilentium, ne edicere cogar, neque liberos muratores eſſe veros naturaliſtas, poſſunt quidem ſeſe ceu tales ſimulare, absque eo tamen, quòd ſint, quemadmodum in comœdiis, aliqui exhibent reges, alii Principes, qui tamen in ſe & in veritate tales nequaquam inveniuntur.

Cand. p. 349.

P. 92. Auctor conſtitutionum conteſtatur, eſſe præcautum in ordine, ut liberis muratoribus nihil permittatur, quod vel Religionem vulnerare, vel ſtatus civiles moleſtare, vel bonos mores pervertere, vel dilectionem & unitatem perturbare & lædere poteſt. Unde fervor & diſputatio- Cand.
nes de Religione & de rebus ad ſtatus per- P. 351.
tinentibus in cunctis tabernis conventis ſeveriſſimè inhibentur.

Verùm! en verſutiam per Religionem intelligunt illam credendi ac vivendi formam, quam ſibimetipſi quisque eligit, ſive quod quisquis ex proprio judicio & ex propria imaginatione verum & rectum judicat, cuilibet incumbit pro ſua ſalute vigilare, ordo id non curat.

Amabo, qualis hîc amor ſuperiorum ordinis erga ſuos ſubditos? Qualis hæc dilectio veræ Religionis? Seu dixerim potiùs contemptus? Nam ex proprio judicio ſibi religionem fabricare, eſt non ſolùm veræ Religioni vulnus infligere, ſed & eandem peſſumdare, ſuúmque judicium ſuper Religionem & Religionis auctorem extollere. Cand.
Forma credendi ab altiori poteſtate mihi P. 359.
præſcribitur: Ego ſum Servus, & non Dominus, ego teneor obedire, meámque fidem ac Religionem ordinare ſecundùm voluntatem ſuperioris revelantis Dei, neque mihi licitum eſt, eligere, quod ſecun-

dùm proprium ſentire volo. Si enim cuilibet credere liceret, quidquid collibitum, tunc certè mundus brevi foret replendus phantaſtis. Quin imò, nec ſuperiores ſubditis ſuis poſſunt libertatem concedere, quidquid lubet; hoc quippe non foret ſubditos paternè amare, ſed in perditionem præcipitare, nam quisquis verè amat, malo reſiſtit amati. Nunquid majus malum

Cand. p. 352. eſſe poteſt tali indifferentiâ in re tanti momenti? & tamen ordo liberorum muratorum, de vera Religione nihil ſollicitus, omnes naturâ bonos, ex quacunque Religio-

Cand. p. 353. ne indifferenter & libenter in fratres ſuſcipit, inhibens præterea in ſuis conventibus omnem de Religione diſcurſum, ne forſam conſcientia tacta evigilet, ſed, ut indormiens requieſcat, & inveteratus in ſua cute mala indureſcat. Unde profectò liberorum muratorum ordo convincitur, quòd ſua membra potiùs odio, quàm debito amore proſequatur.

Cand. p. 354. Mater verè diligens ſuum infantem à ſordibus lavat, quantumvis plorantem, Pius Pater ſuum peccantem filium caſtigare non deſinit, tametſi is exinde ſua voluptabili quiete orbetur. Nimirum, omnium prudentum ſenſu majus cenſetur malum ſordibus vitiis & peccatis ſcatere, quàm dimoveri, & quidem tantùm ad tempus à bono naturalis quietis.

Iſta

Ista & istis plura similia Christianus Simonetti potissimùm proponit circa Religionem. Jam gressum facit ad alterum punctum de obligatione revelandi secreti superiori regenti. Unde sit.

Caput decimum.

Utrum liberi parietarii teneantur suum tam plausibile secretum supremo Principi territorii manifestare.

Ipsi liberi cæmentarii constanter tenent 17.
tam pag. 388. quàm 428. & in aliis locis candelabri supremo Principi territorii non competere jus nec potestatem exigendi manifestationem secreti, aut juramentum factum cassandi. Doctus vir autem Christianus Simonetti multis ostendit contrarium, pro fundamento ponens, quia quilibet Rex ac Princeps tenetur suorum subditorum communem securitatem, quietem, & prosperitatem tueri, procurare, ac promovere, ergo hoc ipso illi competit jus & potestas, inhibendi, arcendi, & expellendi omne suo regno aut provinciæ perniciosum, & periculosum, Similiter & præcipiendi, quidquid ad bonum commune conservandum necessarium judicatur. Omnes subditi autem, & subditæ societates obligantur quoad hunc finem obtinendum obe-

Cand. p. 389.

dire ; Quia Princeps & quilibet legitimus ſuperior eſt reſpiciendus ceu caput & ſupremum membrum cujuslibet ſubditæ ſocietatis, & conſequenter ipſius etiam juramenti, quod ſine facultate in præjudicium boni communis nec nuncupari, nec ſervari poteſt.

Ex hoc proîn ille vir præclarus, quamvis Acatholicus ſequentes concluſiones deducit.

Cand. p.291. 1. Nulla ſocietas erigi vel introduci poteſt in quocunque territorio, absque præſcitu Principis ſupremi illius territorii, quia ad ipſum pertinet cognoſcere, an ſit conducens communi bono ſui territorii, an verò nocens.

2. Nulla ſocietas poteſt ſua membra obligare juramento ad id, quod legitimo ſuperiori rationabiliter manifeſtari nequit, quia tale juramentum foret jugulum debitæ obedientiæ, & vinculum iniquitatis.

3. Omne jusjurandum cujuscunque ſocietatis privatæ neceſſariò conformari ac ſubjici debet communi juramento, quo omnes ſubditi obedientiæ & ſubjectioni ſupremo Provinciæ aut regni Domino obſtringuntur, unde territorii ſupremus Dominus vi ſui juris ac poteſtatis id toties diſſolvere valet, quoties communi bono commiſſæ provinciæ neceſſarium & expediens cognoverit.

4. Talis

4. Talis ſupremus ſuperior ſuæ obligationi conformiter, juſteque agit particulare jusjurandum irritando, ut cognoſcere queat, quod ſupremo territorii Domino in ordine ad utilitatem communem reſcire competit.

5. Juramenta inter perſonas & ſocietates privatas quidem obligant, ſed minimè ipſum ſupremum Principem, nec in præjudicium ipſius, hinc his non attentis, poteſt ſua poteſtate uti, ac officio fungi, prout bonum æquúmque viſum fuerit.

6. Poſſunt quidem privatæ ſocietates ſua privata membra ad ſervandum ſecretum ſub jurejurando ſine expreſſo ſuperioris ſupremi præſcitu obligare, ſed hæc obligatio protinus ligare ceſſat, quamprimùm à ſupremo ſuperiore juſta de cauſa caſſatur. Cujus ratio datur, quia obligatio univerſalis, quâ ſupremo ſuperiori obligamur, cunctis obligationibus particularibus prævalet, & præterea præſumptio pro ſuperiore ſemper prævalet, quòd juſtè diſponat, quamdiu de injuſtitia non conſtat.

Porrò hæc omnia duntaxat intelligenda ſunt de propriis ſupremis territoriorum Gubernatoribus, non autem de rectoribus inferioribus æquè ſubjectis, quibus tanta & univerſalia jura non competunt.

Ex his jam planè dejectum habetur illud effugium, neminem poſſe eſſe judicem

cogitationum alterius, nam aliud eſt, ſuis cogitationibus præcisè internè ſpeculari, & aliud, ſuis cogitationibus in operationem externam exire, quia proîn liberi muratores externè verbis & exercitiis ſua negotia tractant, hoc ipſo ſuo ſupremo inſpectori ſubduntur. Nunquam etenim ſuperior ſuis ſubditis de ſecuritate, pace, & utilitate convenienter poſſet proſpicere ſine jure & poteſtate inveſtigandi, quidnam in cunctis domibus & angulis tractetur negotii.

Verùm hæc omnia liberi muratores flocci pendunt, omnis poteſtatis ſagaces eluſores, propriique inſtituti propugnatores, toti intenti ad exaltanda ſuæ confraternitatis cornua, quemadmodum ex ſequentibus innoteſcet ulteriùs.

Caput Undecimum.

Liberorum Cœmentariorum tribus ſibi
18. copioſos, eósque divites ac potentes confratres attribuit.

Cand. Exultantes gloriantur liberi muratores,
pag. 70. ſuæ ſocietati aſſociari numeroſos hominum
& pag. greges, viros doctrinâ, opulentiâ inſignes,
77. etiam Illuſtres, etiam Principes, etiam coronata Capita. Si tamen hiſce mechanicis credere fas eſt, *quoniam non eſt in ore eorum veritas, cor eorum vanum eſt*, quippe (ipſo

candelabro ardente paſſim prodente) viri Pſal. 5.
mechanici ſunt impinguati fabulis, menda- v. 10.
ciis & falaciis, id omne aſtutè ſuæ tribui tribuunt, quidquid in naturalibus celebris laudis & ſtrepitantis plausûs præconia ſapit. Sic namque in ſuis cantionibus plaudunt: Exemplo Regis Salomonis ducti, in Cand. omni loco Reges muratores ſunt facti. Imo p. 100. pag. 108. in terminis cantant: quivis homo liber murator erat. Nimirum uti Cand. pag. 348. habetur: utuntur liberi murato- p. 348. res hac arte, quòd aliter ore loqui, & aliter corde cogitare liceat, ſi quidem pia fraus potiùs laudanda eſt, quàm taxanda.

O præclara pietas in mendaciorum parentem!

Deinde, quis prudentum facilè credat, viros ingenuos & alta progenie natos ſeſe mancipare cæmento & ſordidæ trullæ, niſi forſitan occultis alliciantur promiſſis. Id 19.
quidem à multis ſimile habetur adagiis: Etiam bonus quandóque dormitat Homerus, etiam ſapiens ſubinde ad horam ſtulteſcit. Sic & Illuſtres annuo ſaturnaliorum recurſu quandóque mechanicos & ſatyros ludunt, quin Reges & Principes vel diverſionis vel corporalis exercitii causâ interdum fabrilia tractant, aſt raró vel nunquam in hiſtoriis memoriæ proditur, quòd mechanico, & quidem tam luteo opificio publicæ profeſſionis ſe obſtrinxerint vinculo,

lo, & quidem vinculo Professionis ignominiâ plenæ. Placeat prohinc susceptionis & professionis, seu (uti ipsi loquuntur consecrationis) ritum audire.

Imprimis quivis candidatus ante susceptionem quinquaginta imperiales ad com-
Cand. munem cassam offerre jubetur, & alibi
p. 327. præterea dicitur, quòd quilibet Novitius
Cand. sit obligatus omnibus ejusdem tabernæ con-
p. 284. junctis fratribus nova, eorum statu digna vestimenta procurare, additâ insuper certâ pecuniâ pro fratribus pauperibus, ab egenis quidem minus, vel omnino nihil petitur.

Cand. Ipse susceptionis actus verò ita describi-
p. 470. tur.

Suscipiendus à suo patrino in caliginosam cameram ducitur. Ipsa camera tam intus quam foris per constitutos fratres strictis gladiis custoditur, introductus à suo Patrino interrogatur de vocatione, de nomine, de statu, & aliis necessariis, quibus perceptis, spoliatur gladio ac omnibus suis, & certo ligamine obvelantur ipsi oculi, fit silentium per aliquod temporis spatium, quo elapso Patrinus ter pulsando facit strepitum, cui è muratorum conclavi triplex reciprocus strepitus respondet, deinde clamat patrinus: adest vir nobilis hujus nominis & statûs cupiens in nostrum ordinem suscipi (hoc quippe titulo utuntur indiffe-

renter omnia membra) annuente in susceptionem candidato, aperitur janua, fit introductio candidati seu novitii in ipsum muratorum conclave, ibi præter alios varios peregrinos ritus jubetur ambulare gressibus oppidò fastidiosis. Ipsi verò muratores singuli proprio perizomate inducti magno numero inter multa & magna lumina in circulo strictis gladiis stantes terrificum exhibent spectaculum, unde, dum in ipsorum conspectu facto strepitu candidatis subitò deteguntur oculi, tanto terrore percutiuntur, ut non raro in deliquium labantur. Postea, à dicentario seu recipiente, præmissa brevi exhortatione, jubetur denudata sua genua super sellam ponere, quibus sic positis, reliquo corpore in quadro, probabilius jacente, interrogatur, utrum omnia ordinis statuta custodire & servare velit. Promissione seu professione factâ, toto corpore denudatur, & visitatur, utrum sit vir vel fœmina, & sic nudatus, circulo super ipsius pectus posito jubetur juramentum in hac forma deponere.

Cand. p. 471. p. 139.

p. 139.

Ego N.N. spondeo, ac juro itaque in conspectu omnipotentis Dei, & in præsentia hujus venerabilis congregationis, quòd secreta ac mysterium muratorum, mihi indicandum, semper celare, & nemini aperire velim, nisi forsan, præmissâ diligenti exploratione, legitimo ac fideli confratri. 20.

 Ita

Ita me Deus adjuvet, & ſanctum Evangelium.

His peractis, Neoprofeſſus rurſum ſuis induitur veſtimentis, quemadmodum & ordinis accipiens à ſecretario velleum perizoma, calyptram, & albas chirothecas, ſic veſtitus rurſum reducitur ad magiſtrum ſeu dicentarium, à quo accipiens trullam, mox oſculatur eam.

Cand. p. 130.

Jam ex his plane fas eſt ſequentia deducere. Imprimis vel honeſtus ruſticus ignominiam ſuæ nuditatis ac denudationis perhorreſceret, ne dicam, vir ingenuus, nobilis, aut princeps. Deinde, amabo, quis Principum erit mentis tam impos, ut tot pecuniis tantas támque indignas ſibimetipſi vexationes emat? deinceps non ſolùm coæquandus, ſed forſitan etiam poſtponendus hominibus infinitæ ſortis? Nam in ordine liberorum cæmentariorum attenditur dies ſuſceptionis; unde quandóque mercator vel vir de infima plebe priorem ac honorificentiorem Principe aut Duce ſedem occupat.

Cand. p. 126.

Præterea quis prudens, quis timoratus poteſt ſe jurejurando obligare ad celandum ſecretum, quod & cujus finem ignorat? ſiquidem ſecretum, quemadmodum pag. 227. colligere eſt, duntaxat paucis, & quidem primum poſt depoſitum juramen-

tum revelatur, vel omnino tantùm grandi Magistro cognitum.

Hinc nonnulli haud absque fundamento censent, quod ab ipsis turpis lucri gratiâ multi innocentes, atque rerum prorsus ignari fraudulentur inducantur, qui postea, pecuniâ profusâ, spoliati & inermes facti, toti terrefacti, inter tot minitantes enses inclusi, postea ampliùs resilire & effugere nequeunt. Id etiam ex eo confirmatur, quòd candidatum adducens complemento, sive speciali remuneratione donetur. Cand. p. 158.

Quâ de causâ profectò ex Christiana charitate omnes præmonere jubemur, ut fugiant à liberis muratoribus velut à facie colubri. Sed jam alia vocat discutienda quæstio. Nempe.

Caput Duodecimum.

Utrum ordo liberorum muratorum sit commendandus & tolerandus propter affluentem copiam fratrum, etiam præcellentium?

Divina scriptura de Deo refert, *non enim concupiscit multitudinem filiorum infidelium.* 21. Eccli. 15. v. 22.
Ergo neque Christiano in multitudine infidelium gaudendum est. Infideles sunt liberi muratores, uti exploratum affatim, semper-

ſemperque ex profeſſione ordinis manent, neque ordo proprium infidelitatis characterem extinguet unquam, tametſi centies clamitet, ad ordinem tum Chriſtianos ſuſcipi, tum in eo ſuſtineri, nam & Turca Chriſtianos in militaria caſtra recipit, ac in ſuo exercitu ſuſtinet, ob id tamen nequaquam nomen Chriſtiani meretur. Ut porrò more ſolito, rem preſsè ac diſtinctè oculis legentium demus, duo hîc ſpecialiter probanda ſuſcepimus. Primum, nec copioſâ multitudine, nec præcellentiâ effluentium hominum ordinem muratorum fieri probatum, alterum, neque ob id eundem eſſe ratihabendum, ſed potiùs rejiciendum, ac ſupprimendum ubique.

Jacobi 3. v. 14. Primum notate, *& nolite gloriari, & mendaces eſſe adverſus veritatem.* Matth. 7. v. 13. *Lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam.*

1. Ad Corinth. 5. v. 6. Aſt propterea nunquam commendanda, nec gloriandum in ea, *non eſt bona gloriatio veſtra.*

Animalia imperfecta citiùs multiplicantur, tardiùs perfecta, citò magno numero creſcunt erucæ & bruchi, elephas decennio parit, magni artifices rariores reperiuntur, ſcoparii & cæmentarii frequentiores.

Quid inde gloriæ mundo? quamquam ſtultorum infinitus ſit numerus, & quamvis quandóque etiam ſapientes delirent.

Non

Non idcirco commendanda aut laudibus Apo-
digna est meretrix Babilonica, quia cum cal. 17.
ea fornicati sunt reges terræ. Nimirum
gloriatur draco rufus diabolus, *quia cauda* Apo-
ejus trahebat tertiam partem stellarum cæli, id est, cal. 12.
Angelorum, multis parasangis excellentio- v. 4.
ris naturæ cunctis regibus terræ. Ast qua-
le epinicium sua gloriatione meretur dia-
bolus? Illud nempe; *quid gloriaris in malitia?* Psal. 51.
qui potens es in iniquitate?

Ad alterum divina scriptura respondet: 22.
unusquisque, in qua vocatione vocatus est, in ea 1. ad
permaneat. Nempe fabri tractent fabrilia, Co-
nautæ navalia, & scholares scholastica. rinth. 7.
Scripturæ certè consentit omnis ordinata v. 20.
respublica, cautè servans distinctionis or-
dinem inter Rectores & plebes, inter ser-
viles & officiales, distinguens inter mecha-
nicos & nobiles tam vestitu quàm honore.
Amabo! qualis prudenti politiæ addicta res-
publica, quale regnum sustinebit, vel tole-
rabit hoc monstrum, ut homines mechani-
ci, & quidem cæmentarii, in hyeme fre-
quenter mendici, propria auctoritate arma- Cand.
ti ac gladiati incedant, socios ac milites
conscribant, etiam opibus prosapiâ & po- p. 146.
tentiâ celsos?

Quid jam superest, nisi, ut sordida trul-
la insidietur sceptris, die gelbe Joppen
(quemadmodum ipsi nugantur) purpuræ
Regum, & cæmento tincta calyptra coro-
nis;

nis; & quid non minitatur arcanum, vix unquam in orbe auditum, ad quod celandum singula membra sub jurejurando & horribilibus pænis stringuntur. Si prohinc ipsorum coryphæus per suos emissos proditores machinatur rebelliones, Regum neces, regnorúmque excidia, tunc procul dubio, capiendæ prædæ atque sperandæ promotionis avidi cuncti altum servabunt silentium, donec rebellionum, præliorum, cædiúmque excitato incendio jam proximus ardescat Ucalegon. Unde sanè omnis sana politia suadet, extinguere scintillas, antequam concrescant in flammas, viribus extinguentium fortiores.

Multis profectò edocemur historiis in hujuscemodi nocturnis secretis conventiculis strui hæreses, rebelliones, conspirationes, & conjurationes. Id quidem proprium rebellionum auctoribus, semetipsos suósque convocatos ad negotium perambulans in tenebris commilites pronuntiare liberos ab omni jugo & subjectionis funiculo. Hæc ipsorum propria symphonia in occultis conventiculis. Eja! excutiamus omne jugum, omnes superiores ac gubernatores libitinæ consecremus hostias:
Luc.19. v.14. *nolumus hunc regnare super nos. Quis noster Dominus est?*
Psal.11. v.6. Ædificemus nobis libertatis turrim, cujus culmen usque in cælum pertingat.
Genes. 11. Usque ad cælum altum & usque ad infer-

infernum profundum noſtrum ſecretum ſervetur. Conſpiremus in unum: ex una pyxide lambamus ſalem, juremus, atque conjuremus ad unam machæram, ad unam calvariam, vel ſiquid aliud terrorem incutiens. Hæc ipſis communis ac ſingulis propria teſſera: vivat aurea libertas: mors verò ſit indicta cunctis Rectoribus & Principibus terræ. Diſciplina ſervis & pueris, nos porrò voluptatum fræna laxemus. Nos poma natamus, ſuperiores autem gubernatores voraci ſuffocentur naufragio.

Pro libertate juratum ſtatuamus fœdus. Capeſſamus & arma, aut libertas aut fata. Omne quidem bellum acerbum exiſtimatur flagellum, attamen inter omnia bella vix ulla reperitur crudelior bellua, rabie rebellium. Hæc nullâ innocentiâ, nullis mitiganda precibus, nullo ſatianda cruore, nec ſacris nec profanis, nec innocentiæ, nec illuſtri ſtemati paruit.

Jactant equidem liberi muratores ſeſe 23.
(candelabro ardente crebrò atteſtante) innocentiores cunctis mortalibus mundi. Aſt quomodò hæc innocentia cum ipſorum ſcopo concordat? Scopus enim eorum p. 469.
principalis eſt (eodem expreſsè teſtante) homines reddere æquales, quod absque rebellione, absque ſublatis regibus, ſtroppis & ſceptris fieri non poteſt.

Dein-

Deinde non negamus, pro tempore plumos, ſaltem ad oculum ſuis Principibus reperiri fideles, quamdiu ab ipſis libertate atque emolumento donantur, an propterea ſemper? An etiam demandati ad exequendum ſui ſupremi magiſtri intentum? An innocentiores credendi ſint noſtris primis Protoparentibus in ipſo innocentiæ ſtatu? qui tamen antiqui ſerpentis aſtu cecidêre, ipſi ſupremo numini infideles, & rebelles effecti? Sacra Evangelia dicunt, veræ fidei dogmata docent, ſine gratiâ divinâ tot varias dæmonis non poſſe ſuperari inſidias, cùm proîn liberi cæmentarii gratiam DEI nec ſciant, nec deſuper poſcant, quomodò perſeverabunt fideles & æqui cultores, ſolis conatibus naturæ confiſi.

Iſaiæ 36. v. 6. Planè ſuper baculum arundineum ſuum brachium ponit, quisquis in fidelitate liberorum muratorum confidit, ſerò ſapit nimis, qui cum Phrygibus ſapit. Jam multos pænituit, primùm, abacto bove clauſiſſe januam, & primùm extinguendo incendio applicuiſſe manus, domo jam redactâ in cineres, aſt præveniſſe, & præcaviſſe diſcrimina pænituit nunquam.

Sap. 6. v. 3. Non ego, ſed ſapiens ſapientibus ex libro ſapientiæ clamat: *Præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis*

Act. 20. v. 25. *nationum. Attendite vobis, & univerſo gregi.* Præſertim vos altæ columnæ Germaniæ.

Erudi-

Erudimini, qui judicatis terram, ex tot rebellionibus ac seditionibus, quæ proximè elapsis sæculis quasi integris effusi humani cruoris torrentibus vix potuêre extingui. Ex plurimis saltem paucæ ad memoriam & vigilantiam excitent mentes. Psal. 2. v. 10.

Anno 1525. (inquit Joannes Gualterius) *in Germania horribiles, & ante nunquam auditi motus à servis rusticis in Alsatia, Suevia, Francia, Turingia, & in terris, quæ ad Rhenum sitæ sunt, excitabantur. Motus hi magna vi & armis Principum sunt repressi, adeò, ut intra menses ferè tres supra centena millia rusticorum conciderint in conflictu, non aliter atque pecora trucidati. In Müchausen duringæ oppido, concionator Ecclesiasticus erat Thomas Monetarius, is palam docuit, restauraturum se collapsum Ecclesiæ statum, gloriabaturque privatim, sibi à Deo revelationes fieri, & ad avertendam tyranidem impiorum, gladium Gedeonis sibi commissum esse.* Libro de ostentis

Eduxit turmatim cohortes vulgi, jussitque nobilium domos diripi, & Monasteriorum bona compilari.

En recogita Germania! tanta mala concipiuntur in occulto, ac datâ occasione parturiuntur in publico à seductionum magistris, sive muratores, sive sarcinatores, sive reformatores se simulent. Altâ recole mente Anabaptistarum in abditis conceptos nefastos fætus, & enutritos rabidos perduelles, qui in lucem editi (nemi-

de hæres. lib. 9. pe eodem Joanne Gualterio teste) sub annum 1536. in Westphalia multiplicati & aucti, adversus Dei ordinationem rebelles, omni legitimæ potestati tefractarii, omnia in confinibus longè latéque deprædati, Ecclesiarum ac Monasteriorum sacrilegis despoliationibus ditati, voppis & seditiosis nebulonibus Monasteriorum Westphaliæ metropolim armata manu obsederunt, expugnaverunt, ibidémque sibi constituerunt regem Sartorem Joannem de Leiden nomine. Multùm sudatum est, multùm humani cruoris effusum, diù certatum, donec perduellionum ferinus furor repressus, & rex stramineus cum suis assessoribus sub ignitis forcipibus promeritas dederit pœnas. Pluribus consimilibus erudiri percupiens perlustret præterea Cornelium Hazart, Floremundum Ræmundum, & alios magni nominis viros.

Jam verò, hisce pro attentione præmissis, alius intonandus est tonus, miri sonitûs, mirus auditu.

Caput Decimum Tertium.

Liberorum muratorum ordo, molimen stupendæ artis, opus maximæ molis, summam attentionem exigens.

O Munde, munde crede! nunquam adhuc tam vafrè excogitatum, tam affabrè elaboratum, tam exquisitè instructum opus è fabrica tartari prodivit in orbem, sicuti est ordo liberorum muratorum, præcurrens tribulationem illam magnam, qualis non fuit ab origine mundi. Per Symbola sua tractant, quorum pleráque plena profanis mysteriis. Matth. 24. v. 21.

Nobis videntur ridicula, ast ipsis sunt seria. Certas figuras in suis logis & aliis usurpant, suo tempore in rei veritate complendas. Specialem atque occultum habent modum scribendi, artémque specialem per signa loquendi. Etiam, dum fabulis & mendaciis vacant, operantur, & labor ipsorum crescit in molem. Architecturæ, Geometricæ, Cosmographiæ, Philosophiæ, Philogiæ, & cosmicis artibus operam navant, ut suo venturo supremo Magistro assistere queant. Ædificium construunt suo futuro orbis domitori, potentiori cunctis regibus terræ, qui unquàm regnarunt in mundo. Milites conscribunt pro suo venturo duce, facturo prælia magna, unde haud mirum, quod etiam viros nobiles in sua castra pelliciant, nam pro mittuntur ipsis excelsa officia, trophea, & opulenta prædarum divisio. cand. 473.

Est profectò perquam mirum eorum secretum, de quo tantus continuò canitur

plausus, quantus vix unquam auditus in antiquæ Romæ triumphis.

Ast per hunc ipsum tam stricti secreti plausum vel maximè produnt, quod ipsorum scopus sit nocere, & maxima damna inferre improvido mundo. Nam bonum est communicativum sui, quisquis amat cives, & vult civitatem ab hoste tueri, id fatetur liberrimè, proditor autem suæ proditionis intentionem celat silentio. Publicè bonæ merces venduntur, fallaces verò & noxiæ furtivè. Proditorum est proprium, suam intentionem ac finem severissimo vincire secreto, ut dum intendunt absconditis igniculis magna excitare incendia, vel enecare certas personas occultato veneno. Boni medici, & omnes succurrentes amicis auxilio protinus indicant causam sui adventûs.

Apostoli Domini ubique prædicaverunt suæ missionis intentionem & finem, nempe, qui erat annuntiare regnum Dei, evangelizare bona, evangelizare pacem.

Tropæi porrò & injusti invasores suam intentionem rigido obarmant secreto, ne fraudulenter opprimendorum justæ resistentiæ acuant arma.

Ad suum secretum ovinâ pelle tegendum ajunt, etiam primos Christianos latitâsse in cryptis & specubus. Ast qualis hæc comparationis concinnitas? primi Chri-

Christiani velut oves occisionis quærebantur ad necem â lupis & tyrrannis, â quibus bonitas judicabatur iniquitas, & confessio veritatis crimen læsæ majestatis, liberi muratores econtra inter Christianos ambulantes nunquid talem comparationem instituendo, Christianos reges ac principes æquè judicabunt tyrannos ac lupos? Vah judicium summè temerarium! O quanta injuria in tantos reges, in tantos principes, imò in totam Christianitatem! Non offerens thesaurum, sed struens insidias principi vel superiori suam intentionem manifestare formidat. Sunt medicis, sunt & aliis arcana media, ast finem bonum nemo bonus inter bonos aperire veretur.

Paradoxo judicatur simillimum, quòd unquam æquus ac bonus princeps suos milites juramento obstrinxerit, ut ab ipsis negetur, ac pernegetur ubique; in hoc quæstionis vertitur cardo, sub cujus nomine muratorum militet ordo, præsertim ordo tam antiquus, cujus origo juxta propriæ jactantiæ glaucedinem ab origine mundi, ipso antiquo serpenti cooeva.

Scilicet ô egregium, hujus ordinis fundamentum, qui se suamque intentionem tantoperè erubescit, ac timet. In hoc equidem ejusdem discipuli non abludunt at verò, quòd mundus nec queat, nec mereatur ipsorum rescire secretum.

Matth. 13. v. 35. Verumtamen eſt Dominus excelſus in cælis, magnus & terribilis nimis, eructans, abſcondita â conſtitutione mundi, quin imò: In divinis ſcripturis jam reperitur revelatum myſterium, ſolùm ſupereſt, ut mundus attentus reddatur & credens.

Lucæ. 18. v. 8. *Verumtamen filius hominis veniens, putas, inveniet fidem in terra?* hic labor, hoc opus, ut mundus tot præmonitoribus & præmonitionibus jam vellicatus tandem evigilans adhibeat fidem, pæniténsque tota circumſpectione tribulationem magnam nimis ſuper omnem terram attendat. Quam ob cauſam ſit.

Caput Decimum Quartum.

Accedite gentes, & audite, & populi attendite, audiat terra, & plenitudo ejus.

25. Iſaiæ. 34. O munde! munde crede! certa tibi prædicantur, & certò ea certa. Videbis, audiat terra, & plenitudo ejus.

Matth. 24. v. 36. I. Certum eſt: quia *de die autem illa, & hora nemo ſcit, neque Angeli cœlorum, niſi ſolus pater.* Sive (uti ſanctus Marcus habet)
Marci. 13. v. 32. *de die autem illo vel hora nemo ſcit neque Angeli in cælo, neque filius, niſi Pater.* Ex quo tamen minimè inferre fas eſt, Chriſto Domino eſſe aliquid incognitum, ſed ea de cauſa dulciſſimus Dominus ita loqui voluit, ut hono-

honorificans Patrem confiteretur, ſe habere omnia â Patre ſuo (ſive uti Evangeliſta Joannes teſtatur) ſciens, *quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia â Deo exivit.* Joann. 13. v. 3.

Iſta porrò divinæ ſcripturæ loca potiſſimùm intelligenda ſunt de conſummatione ſæculi, ſeu de adventu tremendi Judicis. De hoc enim nullus certus dies ſciri, vel prædici poteſt, neque facilè credi debet certum conſummationis diem prophetantibus. *Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret usque in occidentem, ita erit adventus filii hominis.* Matth. 24. v. 27. Unde & Paulus rogans aſſerit: *non citò moveamini â veſtro ſenſu, neque terreamini, neque per ſpiritum, neque per ſermonem neque per epiſtolam tanquam per nos miſſam, quaſi inſtet dies Domini.* 2. ad Theſſal. 2. v. 2. Quia ante conſummationem omnia conſummanda ſunt, aſſerente Domino: *amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant.* Matth. 24. v. 34.

2. Econtra certum eſt, Chriſtum Omnino velle, ut ultimam tribulationem illam horribilem quaſi continuò mente volvamus, continuò populos præmoneamus, ne ſeducantur. Ne indormiant, & negligentes fiant, aut vitiis & peccatis ſe tradant, ſed ut ſemper vigilemus, & nobis noſtrisque poſteris ſumma attentione caveamus â fermento malitiæ & illuſorum hypocriſi. Hanc Dei voluntatem probè intellexerunt Dei homines, hinc ultimam 26.

tribulationem quasi vicinam prædicavêre. Sic dilectus Christi discipulus Joannes ait:
1. Joan. 2. v. 18. *Filioli, novissima hora est, & sicut audistis, quia Antichristus venit, & nunc Antichristi multi facti sunt: unde scimus, quia novissima hora est.* Ex quibus verbis duplex intelligentiæ sensus nobis ministratur. Primus, quia Joannes ex prophetico spiritu loquebatur, prophetæ namque adhuc longè distantia, & post longum intervallum primùm futura, ceu jam præsentia intuentur. Alter sensus, Antichristus jam venit, nunc Antichristi multi sunt facti neutiquam quidem quoad personam, sed quoad operationem, qua ipse Christus Judam proditorem vocavit
Ioann. 6. v. 71. diabolum, dicens: *ex vobis unus diabolus est.* Certè quoad personam Judas non erat diabolus, sed quoad operationem & pessima consilia.

In hoc igitur sensu tempore Apostolorum jam erant Antichristi multi, nimirum persecutores, qui totis viribus adversabantur Christo & operibus ejus, Christus enim per suos Apostolos suam Ecclesiam ædificabat, ipsi verò totis nisibus conabantur eandem destruere, & nomen Christi de memoria hominum delere, quo sensu etiam
2. Ad Thess. 2. v. 7. Divus Paulus asseruit: *mysterium jam operatur iniquitatis.* Nam vocabulum Antichristus idem significat, ac hostis Christi, totus contrarius, & opponens se Christo tot pro-

hinc

hinc tantisque persecutionibus contra Christum visis, multi ex illis primis Christianis arbitrati sunt, & spargebant, jam jam instare extremum judicium. Unde eorum errorem corrigens S. Paulus, tam illos, quàm & nos ità pleniùs instruxit: *Ne quis vos seducat ullo modo, quoniam, nisi venerit discessio primùm, & revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, adde, nequaquam veniet extremum judicium: siquidem non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.* Intelligebat autem Apostolus absque dubio discessionem ab ipso Christo Domino, de Christo quippe currebat sermo, contra Christum illæ horribiles persecutiones debachatæ sunt, nec tamen ab illo fiebat fidelium discessio, aut defectio, sed potiùs inter tam tyrannicas persecutiones continuò crescebat accessio, continuò augebatur credentium numerus.

2. Ad Thess. 2. v. 3. Lucæ 21. v. 32.

Jam verò attendite popule meus, audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes, qui habitatis orbem, juxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora. Scitote, quòd in proximo sit, in ostiis. Nam ecce liberi muratores ad hoc excitati sunt, hic ipsorum scopus & finis, ut operentur discessionem ac defectionem à Christo, ipsique Antichristo præparent epidemiam ad suum adventum & regnum. Tam stultus profectò Antichristus neutiquam erit, ut Antichristum se nominet, sed jactantia plenus gloriabitur, quòd ipse sit

27. Psal. 17. Psal. 48. Deut. 32. v. 35. Marci 13. v. 29.

promissus liberator mundi, educens homines de servitute & durissimis jugis, instaurator orbis, & restaurator Israelitici throni, ac sceptri, sic nec ipsius epidemetici liberi muratores tam dementes haud sunt, ut publicè & in terminis fateantur, secundùm operationem Sathanæ esse se missos, ut suffodiant Domum Dei, sive Ecclesiam Christi, & Antichristo ædificent, eidémque fidelem sese exhibeant murum. Attamen, quemadmodum Daniel Propheta Vaticinatus est: *neque intelligent omnes impii, porrò docti intelligent.* Et profectò ipsorum scopus & finis in candelabro ardenti passim in compluribus locis satis apertè exprimitur: Sic pag. 22. hæc in terminis habentur: **Daß die Menschen nunmehro solten von den Dienstbarkeiten und beschwerlichen Arbeits-Lasten befreyet seyn. Dann das heist aus Egypten ausgeführt werden, so lang wir dise Glückseeligkeit noch nicht geniessen, so ist Christus noch nicht der Menschen Meßias gewesen, und mag gar wohl dem Nahmen nach also heissen, aber in der That und Warheit hat er sein Werck, warumben er in die Welt kommen, noch nicht ausgeführt,** *Isaiæ 55. v. 1. & 2. sapienti Satis.*

Daniel. 12. v. 10.

Jam homines à servitutibus ac laborum oneribus liberi esse deberent, id quippe propriè significat, educi ex Ægypto. Quamdiù

diù iſta felicitate non gaudemus, Chriſtus necdum verus meſſias hominum fuit, poteſt quidem ſecundùm nomen ita vocari, aſt in opere & veritate necdum complevit opus, propter quod fuit miſſus in mundum. Iſaiæ 55. v. 1. 2. *ſapienti ſatis.* Amabo! quid facilè clarius exprimi potuiſſet? nam ſi Chriſtus juxta ipſos in opere & veritate nondum Meſſias hominum fuit, quamvis nomine talis dicatur, ergo liberi muratores cum Judæis longè alium Meſſiam exſpectant, & in ſuo ordine profitentur? Quin imò, nempe illum, qui aureæ libertatis aurea tempora eſt reducturus, unde pag. 469. in candelabro aſſeritur: **Solte das nicht eine glückſeelige Zeit abbilden, welche im Anfang der Welt geherrſchet? die Menſchen waren damahls weder dem ungerechten Joch der Dienſtbarkeit, noch der kranckenden Verwirrung, bedienet zu werden unterworffen, es ware damahls weder Oberſtelle, noch Untergebung.** Nonnè liberorum muratorum tempus fauſtiſſimum tempus, ſimile illi à Principio mundi, quo homines injuſto ſervitutis jugo non erant ſubjecti, quo nemo ſibi famulatum præſtari poſcebat, nec erat eo tempore ſuperioritas, nec ſubjectio. Similiter pateſcit liberorum muratorum profeſſio ex colloquio cum Comite de Zinzendorff.

Comes

p. 485. Comes de Zinzendorff, defendebat, in Ecclesia Catholica per curationum ac aliorum miraculorum dona spiritum Apostolicum adhuc residere, novus autem dubitator, novellus murator liber more impiorum Daniel. 12. v. 11. conabatur cuncta annihilare. Legatur totum, & inde notetur, novellum adhuc aliquatenus dubitâsse, nam professis non licet amplius disputare, aut dubitare, sed firmissimè tenere, in Ecclesia Christi, & in Christianitate esse meras tenebras, superstitiones & tyrannides, quemadmodum passim videre est in candelabro ardenti.

28. Multi seductores exierunt in mundum, multi hæretici discesserunt ac defecerunt à Christo, ast tantùm quoad aliquos fidei articulos, nulli autem ex toto, neque Ariani, neque Nestoriani, neque Pelagiani.

Ipsi autem liberi muratores non solùm quoad suas personas ex toto à Christo deficiunt, sed insuper quoque volunt, ut tota Christianitas à Christo recedat, scopus namque illorum est, reliquias humanitatis ex corrupta Christianitate colligere, & ex Cand. Christianis homines facere, nempe homi- p. 346. nes gentiles, quales ante Christianismum extiterunt, quales Cato, Plato, & alii antiqui gentiles stoici fuêre. Unde saltem defactò neminem, nisi solos Christianos in suum ordinem recipiunt. Et hic latet my-

sterium,

ſterium, quia ipſorum finis, labor & conatus totus in eo conſiſtit, ut tota Chriſtianitas à Chriſto deſciſcat, nam reliqui non Chriſtiani, alioquin non ſunt membra Chriſtianitatis.

Imò nomen Domini noſtri JEſu Chriſti ipſis adeò inviſum habetur, ut nec quidem uſpiam nominetur inter illos. Patet proîn, quòd jam ſint doctrina & moribus Antichriſti imbuti, Chriſto Domino per omnia adverſarii: Nam Chriſtus verbo & exemplo ubique obedientiam docuit, ipſi verò cum ſuo futuro Magiſtro Antichriſto libertatem, unde & liberi appellari volunt.

Jam dudum, jam tempore Apoſtolorum operabatur iniquitatis myſterium, jam dudum dæmon contra Chriſtum varios concitavit hæreticos, aſt nunquam finem ſuum obtinere prævaluit, ſemper audire coactus, *ſi autem & Satanas in ſe ipſum diviſus eſt, quomodò* Lucæ
ſtabit regnum ejus. Quoniam hæretici ſem- 11. v.
per in varias opiniones erant diviſi. Jam 18.
verò adinvenit Satan confraternitatem liberorum muratorum, ubi cohærentia ſumma; quæ etiam compotando caſtrorum aciem ordinatam exhibere aſſolet. Sunt præterea homines vaferrimè lecti, omnibus & erga omnes affabiles, ſicut rebellis Ab- 2. Re-
ſalon erga ſubditos ſui parentis; unde pro- gum 15
fectò periculum ſummum, & forſan myſterio haud vacat admonitio Chriſti dicentis:

Cave-

Matth. 10. v. 17. *Cavete autem ab hominibus.* Cur enim dicere noluit : cavete à tyrannis, à persecutoribus, nimirum, haud erraveris, quisquis credideris, per Christum Dominum nos fuisse præmonitos, ad cavendum à liberis muratoribus, ceu hominibus sola humana sapientibus, ac suam sectam tam suaviter suadentibus. Plerumque quippe longè periculosiora sunt blandimenta inimici occulti, quam persecutiones hostis aperti.

Lucæ 21. v. 8. O Christiani! Christiani videte, *ne seducamini* illa opinione (de qua specialiter infra) Antichristum non esse venturum, nisi prius everso Romano imperio, decémque regulis in eo positis, sed relicta opinione minùs certâ, ad certiora ac tutiora nostram attentionem & vigilantiam dirigamus.

Caput decimum quintum.

De Adventu Antichristi, & de præparatione liberorum cæmentariorum ad ejusdem obsequia.

29. Ut certa ab incertis separemus. Imprimis ex divinis scripturis fide certum est, in fine mundi esse adventurum ac regnaturum Antichristum in se personam particularem, hominem omnium mortalium pessimum.

mum. Unde omni ex parte divinis ſcripturis, veræ fidei, omnique ſanæ rationi repugnat, pudendamque rerum ignorantiam prodit illud phreneticum figmentum, Papam eſſe Antichriſtum.

Deinde pariter certum eſt, Antichriſtum â Judæis & â plerisque impiis pro promiſſo Meſſia, ac redemptore mundi receptum iri, ita præſagiente Domino: *Ego veni* Joan. 5.
in nomine Patris mei, & non accipitis me, ſi alius v. 43.
venerit in nominee ſuo, illum accipietis.

Verùm de loco Nativitatis, de tempore ortûs, & de parentibus ejus non habetur certa ex divinis ſcripturis notitia, nihílque nocet ejus ignorare originem, dumodò ſciatur, ac ſolerter notetur, eum eſſe futurum ſeductorem peſſimum, ab omnibus maximè cavendum; ac ſumma cautela fugiendum. In hunc prohinc jam ſperaverunt, falſa perſuaſione decepti illi Judæi, quibus hæc verba eruperant: *Chriſtus* Joan. 5.
autem cum venerit, nemo ſcit, unde ſit. v. 27.

Oportebat quippe verum Meſſiam Chriſtum Dominum, ejusdémque Nativitatis locum, ortum & Genealogiam manifeſtari mundo, ut mundus inexcuſabilis fieret. Meſſiæ porrò mendaci ſagacius eſt viſum, tanquam occultus eximproviſo quaſi prodire in mundum, ut ſuis mendaciis ac fraudibus incautos & quaſi dormientes amatores mundi tantò faciliùs decipere queat.

Salvâ

Salvâ aliorum mente, mihi verisimilius videtur, Antichristum conceptum iri ex aliquo muratore, tum quia reædificaturus est Salamonis templum ac residentiam, tum in contemptum Christi Domini, quia ipsum tanquam Messiam ligneum, ac lignarii fabri filium dispiciet.

Ut verò apud Judæos reperiat fidem, gloriabitur nihilominus, suis imponens, ut ubique prædicent ac spargant, quòd ex tribu Juda, & ex stirpe David descendat, & ex eo ipso fine (pono verba Cornelii à Lapide)

In 2. ad Thess. cap. 2. *erit hypocrita, & ab initio simulabit se valdè humanum, benignum, pium, legis Moysis Zelatorem, ut Judæos alliciat, & decipiat, alioquin enim Judæi eum non admitterent, totus erit politicus, omnésque politicorum artes, dolos & praxes callebit.* Ut vel inde colligere liceat, qualem liberi muratores venerentur magistrum. Diliget præterea artes, ac artium & linguarum Professores, præcipuè liberos muratores.

Erit magus, & magicis artibus à puero imbuetur, habebitque dæmonem Maozim nomine. Hoc est enim, quòd dixit Apostolus v. 9. Antichristi adventum fore secundùm operationem Satanæ in omni seductione iniquitatis iis, qui pereunt,

Ex

Ex quibus verbis intelligendum ac annotandum venit, Antichristum in fine mundi venturum atque â Deo permittendum non solùm propter Judæorum duritiam, sed & propter omnium impiorum inobedientiam: nempe, prout Paulus Apostolus loco citato pergit: *eo quòd charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent.* v. 10. *Ideò mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.* v. 11.

Ulteriùs certum est ex divinis scripturis, Antichristum, quâ revelatum, & quà cognitum regnaturum duntaxat tres annos & medium. Sic quippe de ipso habetur Apocal. 13. v. 5. *Et datum est ei os loquens magna, & blasphemias, & data est ei potestas facere menses quadraginta duos.* Sic etiam legitur Apoc. 11. v. *& civitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus.* Sic & Daniel loquens de ultima desolatione dies mille ducentos & nonaginta ponit, idipsum indicare voluit per illa præcedentia verba: *In tempus & tempora, & dimidium temporis.* 30. Daniel. 12. v. 11. v. 7.

Jam verò meritò movetur quæstio, queî fieri queat, ut Antichristus homo in se vilis inter tam breve temporis spatium, fermè totius orbis Monarcha evadat? Certè minimè per speciale adjutorium omnipotentis Dei, sed per operationem dæmonis, ast quorum auxilio? nam diabolus sine adju-

 torio

torio hominum ſuam malitiam in tot gentes effundere nequit; Hem liberi muratores ſupra modum ſeſe jactant, & jactantur
p. 181. in candelabro ardenti, quòd tandem ordinem adinvenerint, cujus finis & ſcopus, mentes, hominúmque corda unire, emendare, ac ſenſim integram nationem conſtituere. Imò (uti pag. 185. habetur) volunt ſibi omnes nationes mundi per ſuas artes devincire, & hinc efficient id, quod apud Dionyſium Carthuſianum legitur, nimirum
In Epiſt. 2. ad Theſſ. cap. 2. *iſta diſceſſione facta, præparata erit via Antichriſto, ut recipiatur penè ab omnibus.* Nam
1. ad Timoth. 4. *ſpiritus autem manifeſtè dicit, quia in noviſſimis temporibus diſcedent quidam à fide attentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum in hypocriſi loquentium mendaciorum, cauteriatam habentium ſuam conſcientiam.*

Siquidem *ſcandalizabuntur multi* & ſeducentur à muratoribus liberis ceu ab illis,
Matth. 24. v. 10. de quibus Divus Petrus aſſerit: *venient in*
2. Petri 3. v. 3. *noviſſimis diebus in deceptione illuſores.*

Verùm ignoſcite mihi chariſſimi tam apertè tamque ſincerè de vobis diſſerenti. Certè quippe in ipſum Chriſtum turpiſſimè peccarem, niſi veſtrum inſtitutum præparationem viæ pro Antichriſto reputarem.
1. Ad Corinth. 3. v. 11. *Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id, quòd poſitum eſt, quod eſt Chriſtus JESUS.* Hic novus homo, & ſuper omnes homines perfectiſſimus homo venit in mundum. Si

pro

proîn tam excellentes homines eſſe, & omnes homines ad humanitatem reducere flagratis, quare ergo non induimini Dominum JEſum Chriſtum? Si Chriſtus non placet, ergo eo ipſo Antichriſtus placebit. Chriſtus nullatenus liber murator, ſed cupido ein Freymaurer, liber murator. Ecce puer cæcus, dux cæcorum dux veſter, & ex omnibus Chriſtianis appetitis pueros cæcos, ac duces cæcorum reddere. Nonnè hoc eſt, Antichriſto flagrioni præparare viam? Scopus veſter, omnes homines æquales reddere, & conſequenter omnem obedientiam, omnémque ordinem harmoniæ tollere. Et hoc eſt utique mundum invertere, ordinationem Dei ſubvertere, peſſumdare leges, & introducere corruptionem omnis carnis, ſicut erat ante diluvium. Nam tempore diluvii homines nullum ſuperiorem agnoſcebant, juſto Noë neutiquam obtemperabant, ſe invicem diligebant, conveniebant, comedentes & bibentes, canentes, ac lætantes ſicut in nuptiis quemadmodum & vos, & ſic erit tempore Antichriſti in conſummatione ſæculi. Hunc eſſe veſtrum ſcopum, ſanè habemus ex veſtro proprio ore canente, aquas diluvii tantùm unius boni fratris fuiſſe ſepulchrum.

ad Rom. 13. v. 14.

Cand. p. 469.

Matth. 24. v. 38.

Cand. p. 114.

Ecce, homines corrupti, diluvio uniti ex proprio veſtro ore veſtri fratres fuerunt,

 &

& quidem unus duntaxat frater, quia unam vobiſcum animalem dilectionem alebant.
Geneſ. 19. Idem eſto judicium de Sodomitis, quia & ipſi, nec ſuperiorem nec legem admittebant, exleges, & muratores liberi, duce æquè cupidine.

Totis equidem viribus reclamatio perſtrepit, vos nihilominus his non obſtantibus omnino velle, ut principibus loci ſolvatur obedientiæ canon, & nulli religioni injiciatur ſufflamen, at verò quamdiù? nondum ex toto eſt revelatum ſecretum, etiam ipſe Antichriſtus apparebit valdè benignus & pius, usque ad tempus & tempora & dimidium temporis. Omnia tempus habent. Hoc certiſſimum manet, tantos conatus, tantos apparatus, tantos plauſus, tot ferreis vectibus obſerata ſecreta, totque nonnullorum jubila eſſe prognoſtes grandis cujusdam operis, & maximæ molis. E ad quid tot exquiſita ſymbola? an prorſus in vanum? aut in mundi deriſum? forſitan & ex vobis complures adhuc latet, quid ſerus heſperus ferat? Eſt tempus ta-
Eccle. 3. v. 7. cendi, & tempus loquendi etiam ſecreta,
Matth. 10. v. 26. *nihil enim eſt opertum, quod non revelabitur, & occultum, quod non ſcietur, cùm revelatus fuerit*
2. ad Theſſ. 2. v. 3. *homo peccati, filius perditionis, de quo ſit.*

Caput Decimum Sextum.

De Regno & revelatione Antichriſti ac myſterii liberorum muratorum.

Audivimus hactenus ex candelabro ardenti, liberos cæmentarios juxta hujus auctorem eſſe mundo ſummè neceſſarios, maximè utiles in omnium artium ac ſcientiarum genere, atque in omnium virtutum moralium decore tam excellentes, támque innocentes, ut fermè vivi canonizandi forent, niſi obſtaret divina ſcriptura inquiens: *Omnis ſpiritus, qui ſolvit JEſum, ex Deo non eſt, & hic eſt Antichriſtus.* Jam verò audiamus quoque, qualis ſit ipſorum futurus ſupremus prægrandis magiſter. 31. 1. Joan. 4. v. 3.

Juxta communiorem ſanctorum Patrum ſententiam naſcetur Antichriſtus ex vilibus Judæis in terra Sennar vel extra in vicinia, vel in ipſa civitate Bagdad, quæ communiter etiam nova Babylonia dicitur. Nam vetus Babylon propter regentium potentiam ac Theſaurorum opulentiam tam in divinis ſcripturis quàm in profanis hiſtoricis celeberrima modò deſtructa ſub vetuſtis ruderibus jacet. Natus proîn Antichriſtus, & circumciſione quocunque nomine nuncupatus, ad annos diſcretionis pertingens â matre venefica propediem artibus

magicis dexterrimè imbuetur, ipsique Lucifero ceu discipulus in ejus curam & disciplinam devotissimè recommendabitur, in cujus venerationem ac honorem forsan etiam vocabitur Danus Luciferus. Ipse verò statim à puero ostendet miram capacitatem ad omnes naturales scientias & artes, præsertim ad architectonicam, & Geometricam, omnes adhuc in puero admirabuntur tantam prudentiam, tantam eloquentiam, támque miram morum suavitatem, & devotionem erga legem. Sæpe quippe coram Judæis externè orans ad cælum clamabit, ut tandem promissus donetur redemptor, per quem populus ubique tam dire pressus liberetur à jugo, & servitutis tributo.

Accrescentibus porrò annis ad virilem ascendens ætatem, famâque ipsius longè latéque diffusâ quàm plurimi in rebus dubiis velut ad consiliorum oraculum, & in omni pressura velut ad subventionis confugium confluent. Judæi autem ejus auditâ famâ circumquaque concurrent, suspicione & fiduciæ afflatu ducti, quòd forsan ipse sit Messias promissus, eundem constituent sibi Principem ac ducem, nemine contradicente. Quo in munere (utor ferme per omnia verbis sancti Methodii Martyris) totus apparebit gratiosus supra modum amabilis, modestus, præclare moratus, benignus,

nus, pacificus, tenax justitiæ, osor injustitiæ, idololatriam damnabit, scripturas sacras amabit, sacerdotes honorabit, senectutem in honore habebit. Adulteria & fornicationes abominabitur, detractiones & falsa juramenta detestabitur, pauperibus succurret, viduas & pupillos defendet, litigantes & diffidentes reconciliabit. Erga omnes humanus, affabilis, & homines ad se rapere astutissimus, certè exemplar liberorum muratorum. Et quia in illis regionibus auri & argenti quasi immensi Thesauri latent absconditi, ministrante diabolo, eosdem reperiens ultra modum ditabitur, hinc divitiis superabundans, ipsam civitatem Bagdat, seu etiam Baldact dictam urbem in se quidem magnam, ac mercatorum confluxu celebrem, ædium autem vetustate informem suis propriis sumptibus de novo ædificabit, in tantum splendorem perducturus, ut quasi Babylon antiqua resuscitata credatur, nec facilè dubium, quin liberi muratores huic operi sint suas manus apposituri, tum, quia vix ullum ædificium reperitur, cujus se non jactant auctores, tum, quia ibidem à supremo suo Magistro promotionem, & amplissimam mercedem sperare poterunt. Est enim liberalissimus, & dotatus continuo pecuniarum affluxu, siquidem hæc Babilonia juxta cosmographos ad fluvium tigrim exstructa, vel ex ipso fluvio

Welt-Beschreibung. pag. 77.

fluvio poteſt piſcari divitias, nam antiquitus omnes incolæ civitatis Babitacis omne ſuum aurum & argentum projecêre in tigrim, ut boni mores permanerent illæſi.

32. Jam hiſce ab Antichriſto vaferrimè ac dexterrimè geſtis. Judæi ipſi offerent regiam coronam & ſceptrum, ipſe quidem ceu hypocritarum maximus quoad ſpeciem externè totis viribus acceptare recuſabit, clamaturus regio ſe honore indignum, rogatus autem à Turcis, à Chriſtianis hæreticis, & præcipuè à Judæis dato aſſenſu rex ſalutabitur & coronabitur. Huic malo multùm quoque conferet quædam ridicula fabula Turcarum, nimirum in ipſa civitate Bagdat ſeu nova Babilonia ſepulta ſunt cadavera Omars & Ali, qui à Turcis ceu maximi ſancti coluntur, & quidem de Ali fabulantur, quòd ſubitò ſit à mortuis reſurrecturus, & totum mundum converſurus, cujus ſtultæ imaginationis causâ, ibidem pro ipſo ſemper ſtratus in prato alitur & conſervatur equus, hinc Turcæ ſtultè credent in ipſo Antichriſto dictum Ali reſurrexiſſe à mortuis, ut mundum convertat.

Welt-Beſchr. p. 33.

Antichriſtus itaque novus rex proſperabitur, nemine adhuc cogitante de Antichriſto, nemine ſuſpirante ullum malum de novo rege, ſed potiùs omnes omnia bona ac fauſta ſperabunt ab ipſo: Ipſi quoque reges ac magni Principes cum regiis muneribus ſuos legatos gratulatum mittent ad eum.

Ipſe

Ipſe verò adhuc externè humanus cum non nullis regibus & Aſiæ populis arcta inibit fœdera, in aliis autem regnis per ſuos emiſſarios, Diabolo miniſtrante facem, occultè ac ſubdolè excitabit perduelliones & rebelliones. Unde multæ civitates multæque Provinciæ ipſius potentiam & auxilium ultrò implorabunt, ut â ſuorum principum quaſi tyrannico jugo liberari, & ſub ipſius protectionis umbrâ levamen & dulcem requiem invenire queant. Præſertim Judæi jam pleni jubilo & fiducia, in majori & minori Tartaria, in Perſia, in Armenia in omnibus Turcarum Provinciis, & in aliis locis profuſis gaudiis & pecuniis copioſiſſimos conſcribent milites, Babiloniam ad ſuum regem mittendos, his prohinc, aliisque militum turmis catervatim concurrentibus, tum & Arabum populis, aliàs ad deprædandum ac exſpoliandum, quaſi ab altera conſuetudinis naturâ inſtinctis potentiſſimus effectus, & unà cum ſuis confœderatis populis exiguo temporis intercurſu Ægyptum, Abbaſſiam totámque Africam ſuo ſubjugabit imperio, quibus & aliis pluribus regnis devictis, victoriis ac prædis opulentiſſimus cum grandi exercitu Palæſtinam invadet, in qua invaſione inter multas & magnas reſiſtentias probabilius & illud continget, quod â divina ſcriptura narratur, nempe vulnerabi- Apocal. 13. v. 3.

 tur

tur graviter, & quamvis non lethaliter, ſpargetur tamen â ſuis, ac credetur â plurimis, quòd ſit mortuus, â plaga porrò curatus, brevi rurſus in ſuo comparebit exercitu, ſonantibus tubis, & Judæorum applauſu: miraculum, miraculum, Rex noſter rurſum reſurrexit â mortuis.

33. Ulteriùs dein progreſſus, neſcio de quo mari Jeroſolymam aſcendet: quemadmodum divina teſtatur ſcriptura calamo
Apocal. 13. ſancti Joannis ediſſerens: *& vidi Beſtiam de mari aſcendentem, habentem capita ſeptem, & cornua decem, & ſuper cornua ejus decem diademata, & ſuper capita nomina blaſphemiæ.* Per ſeptem capita cum Illuminato Dionyſio Carthuſiano intelligere poſſumus reges & magnos Principes ceu primos Generales ſub ipſo militantes, per decem cornua autem devicta regna, & acquiſitas Coronas. Captâ Jeroſolymâ pro pediem incipiet abominatio deſolationis, â Daniele & ab ipſo Chriſto prædicta: Nam in ipſa Eccleſia ad ſanctiſſimum ſepulchrum Chriſti, trucidatis crudeliſſimè cunctis religioſis & aliis catholicis, deſtructis altaribus, pedibus conculcatis univerſis ſacris, ipſo etiam ſanctiſſimo Altaris ſacramento, ibidem ſtatuet reædificare Salomonis templum & ſuam reſidentiam, quem in finem convocabit ſibi notos, juramento obſtrictos etiam ſufficienter inſtructos tam præſentes, quàm abſen-

absentes liberos muratores, mandans, ut confestim ædificent templum juxta notam ideam, cogendo etiam homines, nemini tamen fidant, nisi exploratis per interrogationes & signa, Imò arceatur profanum, ut neque spectatores admittant, nisi sibi adhærentes.

Iam ergo tandem aperiamus oculos, 34. attendamus, & apertis oculis ex candelabro ardente quasi inspiciamus quintam essentiam liberorum muratorum.

1. Pag. 465. habetur in terminis, quòd sint præordinati ad reædificandum templum Salomonis, pro quo autem? Certè non pro Salomone, sed pro Antichristo.

2. Pag. 477. habetur quòd ipsorum logi, seu omnes losæ templum Salomonis repræsentent. Ecce ideam reædificandi templi semper ante oculos positam.

3. In catechismo pag. 140. & sequentibus datur, quomodo in hoc negotio se gerere & observare se debeant.

4. Inspiciamus ipsam ideam templi, nempe ipsam losam, & quidem in ipsis Germanicis terminis pag. 477. Welche die Forme eines mit Thränen umbgebenen Sarges hat, dabey siehet man darinnen den Todten-Kopff, mit den Gebeinen, und das herrliche Meister-Wort *Jehovah* angeschriben. Hæc habet formam sacrophagi, in quo cernitur calvaria cum ossibus

bus & inscriptum antiquum insigne verbum magistri Jehovah jam certum est, quod ipsum antiquum Salomonis templum istam formam cum appositis non habuerit, immò neque credendum, in novo etiam templo præter hæc posita, nil aliud inveniendum fore, sed in his latet mysterium, ex his apparebit secretum. Pag. 473. asseritur insuper conclave esse plenum multifariis figuris, & in pavimento cerni depictum solium, sub pileo, instar cæli, stellis distincto hæc porrò de idea ædificandi templi intelligenda veniunt.

Interim nullum dubium subest, quin templum illud ædificatum sit omnium prætiositatum opimitatibus exornandum, & quin in eo locò altaris sit erigendus prætiosissimus thronus pro prægrandi muratorum Magistro novo Monarcha & Deo, aureis etiam magnisque litteris adscripto magistri Symbolo Jehovah, inter aureos radios posito.

35. pag. 227 Tempore opportuno (inquit candelabrum ardens, tota res præcipua simul & semel revelabitur, quod ita continget, templo constructo, & mirificè exornato Antichristus â liberis muratoribus, ac belli ducibus inter summos applausus pretioso muratorum habitu indutus introducetur, ac remoto tantisper populo, in præparato solio collocabitur. Judæi paulò post admissi, his visis, lectóque symbolo Jehovah, statim prostrati in terram adorabunt

rabunt eum, clamantes cum jubilo Jehovah. Jehovah. Et ſic juxta expreſſa & clariſſima verba divi Pauli revelabitur ac manifeſtabitur *homo peccati filius perditionis, qui adverſatur, & extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus, aut colitur, ita, ut templo Dei ſedeat, oſtendens ſe, tanquam ſit Deus*, & quidem ſedebit glorioſus in throno erecto eo in loco, quo priùs glorioſum Chriſti ſepulchrum erat, & ubi Chriſtus glorioſè reſurrexit â mortuis, quia teſte ſancto Bernardo, hic locus in terris cenſetur omnium ſanctiſſimus, & victorioſiſſimus. Quin imò dilucidè manifeſtabit ſeipſum amabiliſſimè ſuos fratres & præſentes Judæos alloquens: Nolite timere popule meus! Ecce ego ipſe ſum, qui veſtris protoparentibus poſt ipſorum lapſum feci tunicas pelliceas, nolite timere: nam ecce tecta ſunt peccata veſtra: *non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob.* Ecce, in hujus rei perpetuam memoriam nos & fratres noſtri utimur velleis tunicis. Reſuſcitabo regnum Iſräel, & gloriam David, firmabo thronum meum ſuper omnes montes usque ad ultimum terræ, vindicabo vos de inimico veſtro (heu horrendam blaſphemiam) de impoſtore JEſu Nazareno, qui ſuis ſuperſtitionibus replevit mundum, & maximam confuſionem fecit in Iſräel. vindicabo vos de hoſtibus veſtris Romanis, qui tyrannicè abſtulerunt gentem noſtram & regnum. Deus

2. Ad Theſſ.2. v. 4.

Serm. ad milites.

Geneſ. 3. v.21. Pſal.93. v. 7.

Deus jugum nimis durum posuit super filios Adæ (hem rursus blasphemiam) ego liberabo vos de jugo servitutis, & restituam vos libertati, quam habuistis à condito mundo in paradiso voluptatis, in quo nullum stringebat mandatum, nisi sola abstinentia â vetito fructu. Unde, quia jam tecta sunt vestra peccata, & quia creati estis ad hortum voluptatis, licebit vobis deinceps omnibus voluptatibus frui, etiam pluritate uxorum, & concubinarum sapientis Salomonis exemplo. Ecce! hoc est, quod de ipso vaticinatus est Daniel, nimirum *sermones contra altissimum loquetur, & sanctos Altissimi conteret, & putabit, quòd possit mutare tempora & leges.*

Daniel. 7. v. 25.

Quin imò (superaddet) qui mihi fideliter serviverint, neque legi mortis subjicientur, sed vivi transferentur in terrestrem paradisum, è quo vestri protoparentes fuêre expulsi, & modò ex illo etiam ejicientur Elias & Henoch, brevi compariturì in terris.

Ecce! revelatum Antichristum, & revelatos ejusdem fratres liberos muratores cum suo secreto: qualiter suam originem trahant ab ipso Adamo & origine mundi, quomodò omnes homines per suum magistrum ad primam libertatem reducere velint, quali Magistro in suis logis seu losis juramento se obligent ad servandum secretum, & ad custo-

custodiendum sui Magistri verbum Jehovah, & quo sensu ille dixerit, quod per symbolum suum supremum magistrum viderit in einer gelben Juppe, und blauen paar Hosen. Cand.
Nempe auro ferme instar solis fulgentem, p. 146.
sub pedibus ejus cæruleo circulo strato. Cæterùm coronationis solemnitas, liberorum muratorum, Judæorúmque tripudia ac Jubila nostrum excedunt calamum, unde ad aliam tabulam manum.

Caput decimum septimum.

Ex dictis nonnulla deducenda.

Pro instructione ex datis nonnulla de- 36.
ducenda atque annotanda videntur, 1. quòd nec liberi muratores, nec ipse Antichristus sit negaturus Deum omnium creatorem, quemadmodum neque ipse Diabolus, nisi enim diabolus Deum Altissimum agnosceret naturaliter, tunc certè stultè assereret: *Ascendam super altitudinem nubium, si-* Isaiæ
milis ero Altissimo. Et nisi Antichristus, dari 14. v.
Deum, & in cælo sanctos humana fide cre- 14.
deret, tunc ineptè tam sanctos quàm Deum blasphemaret. Multò major quippe reputatur divinæ Majestatis injuria, blasphemare ac spernere Deum cognitum, quàm non cognitum. Unde ex merâ malitiâ in summam Dei injuriam erit quoque idololatra,

omnibus flagitiis immersus seductor pessimus. Deum autem gratiarum auctorem, & JEsum Christum verum Salvatorem cum suis omnino negabit, & hac de causa suos fratres muratores liberos nominat, nempe non redemptos, non liberatos à Christo JEsu, sed ex sua natura liberos, nullius redemptoris indigos, in contemptum autem Christi ac Summi Pontificis vocat eos suos fratres, ad sua intima consilia eosdem adhibiturus.

2. Quòd falsissima divinæque scripturæ sit contraria opinio asserens, Antichristum esse Romæ regnaturum, nam si æternæ veritatis oraculo adversus Romanam Eccle-
Matth. 16. v. 18. siam *portæ inferi non prævalebunt*, tunc utique neque Antichristus prævalebit adversus eam, neque unquam Romam pertinget, quamvis suos liberos muratores atque alios Pseudo-Apostolos illuc sit missurus, magnámque accensurus persecutionem. Ipse autem dominabitur in terra sancta, sessurus ac staturus in loco sancto, nempe super gloriosum Christi sepulchrum, in civitate Jerusalem, *quæ vocatur spiritualiter Sodoma & Ægyptus*, ubi Elias & Henoch gloriosum
Apocal. subibunt martyrium, *ubi & Dominus eorum*
11. v. 8. *crucifixus est*, Amabo, quid clarius hoc testimonio divinæ scripturæ?

Planè potuisset Christus etiam Jerosolymis suam & omnium matricem fundare

Ecclesiam, ast noluit præter alias rationes, etiam eâ de causâ, quia prævidit, ab Antichristo esse cuncta profananda & susque deque vertenda.

3. Fundamento carere videtur opinio, ante Antichristi adventum esse dividendum & penitus evertendum Romanum Imperium, nam Romanum Imperium Christus Dominus specialiter elegit ad defensionem suæ sanctæ Ecclesiæ, & ideò vocatur sanctum, & quia tot Illustres enumerat martyres, & generosos pro fide Christi heroes, & neque in fine mundi talibus ex omni parte carebit, quòd verò nonnulli Romani Principes non defensores, sed persecutores potiùs fuerint Romanæ Ecclesiæ, inde horribilius apud Deum justum Judicem experientur judicium. 37.

Deinde discessio â Romano Imperio per se nîl servit Antichristo pro suo scopo, neque necessariò fit ex operatione sathanæ.

Finis enim & scopus Antichristi est, adversari Christo, & Christianam Religionem opprimere. Potest autem contingere, quòd deficientes â Romano Imperio sint multò ferventiores constantiores ac generosiores pro Christo, & pro ejusdem catholica fide ipsis subditis ac membris Romani Imperii, ergo hoc ipso per discessionem â Romano Imperio, Antichristo neque via sternitur, neque lucrum acquiritur. Perdudum jam

 nám-

námque Gallia, Anglia, Hispania, Dania, pluráque alia regna Romano se se subduxerunt Imperio, ast propterea necdum est revelatus nequam ille iniquus, & neque uspiam reperitur probatum, discessiones dictorum regnorum contigisse secùndum aut ex operatione diaboli. Quoniam *regnum de gente in gentem transfertur*: quod cacodæmon haud adeò curat, ast hæc ipsius summa cura, conatus ac labor semper ab exordio Ecclesiæ fuit, est, & erit, ut homines & credentes populi â Christo, atque â vera fide Christi deficiant.

Eccli. 10. v. 18.

Præterea nullibi asseverat scriptura, quòd discessio sit intelligenda de Romano Imperio, & quòd ante Antichristi adventum in Romano Imperio præcisè decem reges aut reguli sint fulsuri coronis & sceptris.

Daniel. 7. v. 24. Hoc quidem in Daniele Propheta habetur *cornua decem ipsius regni, decem reges erunt, & alius consurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit.*

In Apocal. cap. 13. & 17. Sed sciendum ex Dionysio carthusiano per denarium frequenter numerum indeterminatum aut universitatem designari, deinde sciendum similiter, regna ac reges propter suam tyrannidem ac bestialem crudelitatem in justos ac sanctos, bestiis comparari, non autem regna per se & Deo sincero corde servientia, neque reges impe-

rantes

rantes in justitia & præclaro virtutum exemplo. Certè David, Josias, & Ezechias nullibi bestiæ dicuntur, & quis sacrum Romanum Imperium multis sæculis ferè ex integro catholicum bestiam compellaverit? vel non foret dictu absurdissimum, siquis sacrum Romanum Imperium sacram bestiam diceret? Per decem reges igitur omnes tyranni & adversus iustos ac sanctos crudeles persecutores, Antichristum antecedentes, â Daniele designantur, quibus tamen omnibus ipse Antichristus adhuc erit crudelior, sicut etiam imperio potentior.

Per decem reges verò in Apocalypsi, Apocal.
qui regnum nondum acceperunt, intelli- 17. v.
guntur omnes crudeles persecutores Anti- 12.
christo futuro, & tunc præsenti adhæsuri. Pono propria verba Dionysii Carthusiani:
Securius autem videtur dicendum, quòd sicut su- In cita-
pra quandóque, ita & nunc per denarium univer- to cap.
sitas insinuatur, ita, ut per decem reges intelli- 17.
gantur omnes reges, qui Antichristo tunc acquiescent &c. & post pauca: *Hic unum consilium habent*, id est, concordes erunt in malo ad persequendam Ecclesiam. Ergo discessio â Romano Imperio parùm aut omninò nihil probat. Econtra autem.

4. Societas, seu ordo liberorum mu- 38.
ratorum vel solus abundantissimè sufficere deberet ad aperiendos mundo oculos. Hic

enim apertiſſimè totus intentus eſt ad elaborandam diſceſſionem â Chriſto, & â tota chriſtianitate, ad invehendam purè naturalem ac animalem amorem, ad introducendam naturalem libertatem, beſtiis ſylvarum conformem, & ad exprimendum Antichriſti characteriſmum. Aperi tandem oculos ô munde! Ecce! homines prudentes videri volunt. Ad quid ergò tot ipſorum cæremoniæ ac ſymbola, puerilibus nugis ſimillima? ad quid ipſorum ſecretum ſub jurejurando, atque perquam horrendis pænis celandum?

Inquiunt nempe, tam ſeverum ſecretum neceſſariò requiritur ad conſervandum ordinem, cæremoniæ & ſymbola verò, ut genuini fratres ſe ſe invicem agnoſcere, & adjuvare queant. Sed ô infelix aſtutia, ad quid fingendum non mortalia pectora cogis? Ecce aliæ tribus mechanicæ absque tot cæremoniis tamque rigido ſecreto ſubſiſtere queunt, & alii muratores extra hanc ſocietatem viri ut plurimùm egregii multa millia templorum, multa millia palatiorum ac ædium ad hominum ſatisfactionem jam ædificavêre, antequam hi novi liberi muratores cum ſuo ordine extiterint in concavo lunæ, & adhuc ædificant, & jam usque ſex prope millia annorum cum arte ſua ac tribu perdurant, absque iſtis liberorum parietariorum cæremoniis, ſymbo-

lis & ſecretis, & ubique apud juſtos judices reperiunt juſtitiæ adminiſtrationem absque ſignis liberorum muratorum. Habent quidem etiam aliæ mechanicæ tribus certas Salutationes, ut ſuos contribules â ſimulatoribus dignoſcere queant, aſt apud nullam tribum tam exotica reperies. Aut non foret exoticum, & nugatorium, ſiquis ſartorum aſſereret, quòd Goliato fecerit caligas, & in campo taneos receperit mercedem, vel quòd viderit Lamech caligas ſuas induentem.

Ecce centum quinquaginta quinque quæſtiones, & pro his reſponſiones ſuas liberi cæmentarii in catechiſmo ponunt, quarum ferè potiſſimæ certè aut veritate, Cand. aut ſale prudentiæ carent, niſi ad Anti- pag. chriſtum applicentur. Sic pag. 140. re- 137. ſpondet murator, quòd loge ſeu loſa ſit erecta ſuper fundum ſive ſuper locum ſanctum, nam celebrant ſuas loſas juxta propriam confeſſionem in cauponis, unde ſicuti falſum eſt, quòd ipſorum cauponæ ſint ædificatæ ſuper locum ſanctum, ita pariter id falſè dicitur de loſis poſitis in cauponis. Nec refert, quòd dicant, per logum repræſentari Salomonis templum, nam neque legitur, quòd Salomonis templum in fundo ſancto fuerit ædificatum, ſed credendum potiùs, per ipſum templum fuiſſe locum ſanctificatum. Hinc ne mentiantur,

 intel-

intelligunt in symbolo templum per suas manus pro Antichristo ædificandum, & hoc verissimè fiet super locum sanctissimum, quemadmodum capite præcedenti fuit exhibitum. Sic consimiliter pag. 148. respondet murator: Se laborâsse in ædificio templi, & in media camera suam recepisse mercedem, jam istud ad templum Salamonis referendo est falsissimum, nisi proîn turpiter mentiri velint, procul dubio per symbolum intelligunt templum suâ operâ pro Antichristo ædificandum, â quo & in media camera opulentam mercedem sperant. Unde haud immeritò ardens candelabrum post paucula pag. 158. superaddit, nunquam talem támque ridiculam fraudem apparuisse hominibus, qualis est liberorum muratorum: Et tamen mundus non credit, latere deceptionem maximam, & approximare illam horribilem tribulationem, qualis non fuit ab origine mundi. Hominibus non credentibus, nec attendentibus
Lucæ. illa Christi Salvatoris verba: *Sicut factum est*
17. v. *in diebus Noe, ita erit & in diebus filii hominis.*
26. *Edebant, bibebant, uxores ducebant, & dabantur ad nuptias usque in diem, qua intravit Noe in arcam, & venit diluvium, & perdidit omnes:*
v. 28. *Similiter sicut factum est in diebus Lot: Edebant, & bibebant, emebant & vendebant, plantabant, & ædificabant: qua die autem exiit Lot â Sodomis, pluit ignem & sulphur de cœlo, & omnes perdidit,*

O munde! munde saltem attende amarissimas lachrimas tui Salvatoris JEsu Christi, quibus non solùm Jerosolymam, sed etiam, & adhuc ampliùs universum mundum in sua ultima deplorata tribulatione deflevit: Ecce! plorans ac plorans suspirat: *quia si cognovisses & tu!* quia si cognoscerent, Lucæ
& crederent Catholici reges ac Principes, 19. v.
certè nunquam mutuis bellis se ipsos ita 42.
eviscerarent, sed potiùs totis viribus adlaborarent, adinvicem suas amplificare potentias, ut Antichristo tanto tyranno potenti virtute castrorum aciem prævalidam opponere possent. Quia si cognoscerent ac crederent homines ejusdem farinæ cum auctore ardentis candelabri certè nunquam cum tanto jubilo somniarent, pet liberos muratores adventura mundo aurea & fortunatissima sæcula. Sed quicunque cognoscere & credere nolunt, hos lamentabilis experientia docebit, de qua sit,

Caput decimum octavum.

De Atrocissima, & luctuosissima mundi facie tempore Antichristi.

Mirabilis ritus, quo â supremo & suo 39.
prægrandi Magistro magistri inferiores con- p. 476.
stituuntur, in candelabro ardenti ex ipsis

constitutionibus liberorum muratorum sic describitur:

Ad officium magisterii aspiranti associatur specialis frater, terribilis dictus, à quo ducitur in destinatam losam seu loge ad sandapilam threnis circumfusam, in qua conspicitur calvaria cum ossibus, supra autem inscriptum antiquum & magistrale insigne verbum Jehovah, à supremo magistro in tesseram assumptum. Omnibus juxta ipsorum morem ritè compositis, frater terribilis ter pulsat, ab initio quidem leniùs, ast deinceps ascendendo continuò fortiùs, deinde sollicitans pro magisterio propiùs accedit ad prægrandem magistrum, & factâ profundâ reverentiâ, expansis braviis coram ipso se prosternit in terram, interim à Superintendente fit inquisitio, utrum tempus probationis debitè apimpleverit, respondente terribili fratre affirmativè: de terra rursum sustollitur, ad exhibendum secretum incessum secundùm gnomonem, & triangulum: Hac probatione peractâ, proponuntur ipsi novæ obligationes magistris propriæ, præcipuè ut semper constanter stet pro Magistrorum parte adversùs quoscunque resistentes socios. Deinde ulteriùs à prægrandi Magistro aliquo malleo ter in fronte percutitur, à fratribus confestim rursum ad terram prosternitur, obtegitúrque facies ejus Sindone sanguine tinctâ.

Sanè mirabilis magiſtralis ritus, apud veros muratores vix unquam uſitatus. Aliàs, ſi apud Mechanicos novi magiſtri admittuntur, plerúmque hilariter vivitur, & non facilè threnis ac tam terrificis terroribus feſtivitas magiſterii celebratur. Laniones denique ſuam artem oſtendunt bovem in fronte concidendo malleo, non tamen hominem, minùs confratrem, Magiſtri equitum novos equites diſcretè percutiunt gladio, aſt nullatenus malleo, neque threnis ac oſſibus mortuorum ſuas ſolemnitates mœſtificant. Veri muratores alioquin artis ſuæ ſpecimina ante oculos ponunt delineando varia ac magnifica ædificia, iſti autem mechanici vanidici liberi cœmentarii, neſcio, è quibus latebris recenter progreſſi, ceu artis ignari delineationes ſilentio prætereunt.

Verùm longè alium ſcopum habent, omnia per ſymbola tractant, ubique arcana latent. Percepimus ſuperius cap. 15. Antichriſtum cum ſuis fratribus liberis muratoribus Jeròſolymis in novo templo, ſuper locum ſanctiſſimum nempe ſanctum Chriſti ſepulchrum conſtructo, revelatum & ſolemniter coronatum.

Jam verò eosdem ſuos fratres liberos muratores, qui hucúsque apparuêre Urbani & apprimè civiles ſepulchris dealbatis ſimillimi, iſthoc lugubri ritu ordinat, & quaſi conſecrat tyrannidis ac crudelitatis magiſtros,

ſtros, nova ipſis mandata injungens, ut ad ſuas cauponas, ad ſuas aulas ſeu loſas revertantur, & quoscunque vel ex verbis vel ex ſignis Chriſtianos cognoverint, & quicunque ſuam imaginem adorare noluerint, aut crudeliter inſtar pecorum mactent, aut ſuæ militiæ præfectis denuntient. Nolite mihi iraſci dilecti mechanici liberi, non enim ego fero judicium, ſed veſtra ſymbola vos produnt. Quid namque threni in loſa, in templo, quid oſſa in feretro indicant? non mea interpretatio, ſed declaratio Domini JEſu ſic ſonat: *Cum ergo videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta, ſtantem in loco ſancto, qui legit, intelligat.* Ecce per threnos & oſſa abominationem deſolationis tempore Antichriſti intelligere jubemur; & quid per hoc ſignificatur, quòd ter pulſetur, ter novellus magiſter in fronte percutiatur, ternarius numerus vobis ſanè in amore, & quare? forſan in honorem ſanctiſſimæ Trinitatis?

Cand. p. 122.

Matth. 24. v. 15.

Nil minùs, id in æternum non admittetis. Sed ideò, atteſtante candelabro ardente, quia numerus ternarius videtur idoneus ad deſignandas tres claſſes Deorum, nimirum cæleſtium, terreſtrium & infernorum. Ergóne liberi muratores etiam Jeroſolymis pro Antichriſto intendunt ædificare templum omnium Deorum, quemadmodum quondam Romæ Pantheon priſci gentiles Romani?

p. 170.

O abominationem deſolationis!

Cùm novelli magiſtri in terram proſternantur, malleo in fronte cædantur, & ſindone tincta cruore tegantur, per hæc ipſis intimatur atque ad memoriam revocatur, quòd omnes Chriſtianos ac innocentes usque ad internecionem ſic perſequi debeant.

Hiſce ita Jeroſolymis conſtitutis, fama, 40.
timores, tremores, maximáſque anguſtias
ferens velocibus alis in omnem terram &
in fines orbis terræ evolabit. *Areſcentibus* Luc.21.
hominibus præ timore & exſpectatione, quæ ſuper- v.26.
venient univerſo orbi. Erunt enim dies illi tribu-
lationes tales, quales non fuerunt ab initio creatu-
ræ, quam condidit Deus, usque nunc, neque fient. Marci
Exurgent enim Pſeudo-Chriſti, & Pſeudo-Prophe- 13. v.
tæ, & dabunt ſigna & portenta ad ſeducendos, ſi 19.
fieri poteſt, etiam electos. Nimirum liberi mu- v.22.
ratores modò ludunt per ſymbola, tunc autem ipſorum intentum fiet apertum. Modò in ſuis cauponis ac loſis exhibent imaginem Minervæ prodeuntis ex cerebro Jovis. Tunc in eisdem aulis ſeu loſis ſtatuent & & adorabunt imaginem ipſius Jovis, ſive
uti ſanctus Joannes loquitur, imaginem be- Apo-
ſtiæ. cal. 13.

Modò ſua tractant in occulto, tunc autem in aperto omnes vel divertentes ad cauponam, vel prætereuntes invitabunt
ſermonum blanditiis. *Ecce hic eſt Chriſtus, aut* Matth.
illic, in penetralibus, in noſtris aulis ac loſis, 24. v.
& 23.

& coram introductis in ſuas loſas dabunt
Matth. ſigna magna & prodigia. *Aſt qualia ſigna?*
24. v. nempe *ut loquatur imago beſtiæ, & faciat, ut*
24. *quicunque non adoraverint imaginem beſtiæ, occi-*
Apo- *dantur.* Erunt itaque tunc liberi murato-
cal. 13. res Chriſtianorum proditores, lictores, &
v. 15. carnifices cum ſuis cauponis.

Multi Chriſtianorum præ timore fugient quidem ad loca deſerta, aſt neque ibidem erit ſecuritas, æquè quippe liberi muratores, ſuæ artis Scholares ac Servos cum An-
Matth. tichriſti imagine illuc ſubmittent, qui *&*
24. v. 5. *multos ſeducent*, adeò, ut ab ipſis etiam ſedu-
v. 23. ctis rumor ſpargatur: *Ecce hic eſt Chriſtus. Ec-*
v. 26. *ce in deſerto eſt.* Hinc dulciſſimus JEſus hi-
v. 25. ſce verbis præmonitos vult: *Ecce prædixi vobis: ſi ergo dixerint vobis, ecce in deſerto eſt, nolite exire; ecce in penetralibus, nolite credere.* Nam *multi Pſeudo-Prophetæ ſurgent, & ſeducent*
v. 11. *multos.* Et quid prophetabunt iſti Pſeudo-Prophetæ?

Idem ferè, quod liberi muratores jam noſtris diebus plenis buccis deprædicant, nimirum per ipſorum adventum adveniſſe mundo aurea ſæcula, novum naturæ lumen, tenebras & ſuperſtitiones Chriſtianitatis depulſurum, ipſorum prægrandem magiſtrum eſſe talem heröem, talem principem, qualis nunquam comparuit in orbe, præcipuum amatorem hominum, amore quippe hominum venit in mundum, libera-

turus homines à tot tenebris & superstitionibus, â servitute tyrannica Papæ, â durissimo jugo regum, Episcoporum ac Principum, restituturus homines in primævam libertatem, in primævam felicitatem, nec ipsi deest potestas, quin omnes inimicos
suos ad nihilum redigere queat. Scilicet: Apoc.
quis similis bestiæ? & quis poterit pugnare cum illa? 13. v. 4.
Qualia autem signa & portenta illi pseu- Marci
do-prophetæ & fratres Antichristi dabunt? 14. v.
Nimirum *secundùm operationem Satanæ, in omni* 22.
virtute, in signis & prodigiis mendacibus. Papæ! 2. ad
grande miraculum, si diabolus permitten- Thessal.
te Deo, per Antichristi imaginem forma- 2. v. 9.
to verborum sonitu aures ac oculos mortalium decipere valeat, qui passim legitur, quondam quoque ex idolis locutus. Papæ miraculum, si homo vivus ope dæmonis appareat ad tempus tanquam mortuus, cùm in comperto habeatur, dæmonem subinde adeò illusisse mortalium sensibus, ut homines pro gallis gallinaceis, pro bobus & ursis aspexerint, & quid tam mirum, si dæmones accensos ignes in aëre demittant in terram deorsum? alia miracula de sanctis prophetis enarrat scriptura, aliis prodigiis Catholica glorificatur Ecclesia.

Liberi muratores omnia agunt per sym- 41.
bola. Contendunt quatuor digitos, & du- Cand.
cunt super Guttur, & dexteram manum 147. &
super sinistrum latus pectoris. Jachin vo- 149.
caban-

cabantur duæ columnæ in templo Salomonis proprium verbum Sociorum inter muratores eſt Schiboleth. Nempe quemadmodum Galaaditæ ad vada Jordanis con-
Jud. 12. feſtim jugulabant omnes, quicunque Scibboleth non debitè pronuntiabant, ſed Sibboleth dicebant. Sic quoque conſimiliter â liberis muratoribus emiſſi exploratores ſeu proditores ſtatim apprehendent quoslibet obvios, quicunque ipſorum ſecreta verba, ſecretum inceſſum, ſecreta ſigna, & multiplices occultos geſtus ignorant. Ecce huc illorum Catechiſmus & tot ſecreta collimant. Unde & Dominus de illis tempo-
Luc. 17. ribus ait: *qui fuerit in tecto, & vaſa ejus in do-*
v. 31. *mo, ne deſcendat tollere illa, & qui in agro, ſimiliter non redeat retrò.* Ne videlicet incidat in manus liberorum muratorum. Sic etiam Antichriſti ducibus & præfectis ſpecialia & occulta nomina imponent, ut ſciant, quibus fidant, & ad quos confugiant. Vel eosdem duntaxat per litteras Alphabeti exprimunt. Sic dicunt, quòd in templo Salomonis littera a. ſteterit intelligunt verò veriſimiliùs per litteram A. ducem Gog, qui in novo templo Antichriſto aſſiſtet, & per Mahenah forſan Magog, & hiſce occultis verbis, ſecretis inceſſibus ri bus, ſignis & geſtibus non ſolum utenr[illegible] ordine ad dignoſcendos Chriſtianos, ſed etiam propter propriam ſecuritatem; nam & ipſi

explo-

explorabuntur â discipulis Eliæ & Henoch, horum hortatu etiam Catholici principes per suos milites in ipsos velut in latrones inquisitiones instituent. Paucis erit tunc tanta tribulatio, tanta confusio, ut ferme nemo ampliùs sciat, cui fidat, semper quippe quivis erit anceps, an cum amico, an verò cum hoste conversetur, an cum fratre, an porrò cum carnifice & homicida.

O miseros mortales, tunc temporis victuros!

O tribulatio maxima!

Verùm & illud symbolum tunc manifestabitur, quòd liberi muratores occultè in 42.
pectore portant, quod & osculantur quàm devotissimè, hoc enim tunc ceu proprium distinctionis characterem, vel in fronte vel in manibus incurent cunctis Antichristi fidelibus; quemadmodum testatur scriptu- Apoc.
ra vaticinans: *& faciet omnes pusillos & ma-* 13. v.
gnos, & divites & pauperes, & liberos & servos 16. &
habere characterem in dextera manu sua, aut in 17.
frontibus suis. Et ne quis possit emere, aut vendere, nisi qui habet characterem, aut nomen bestiæ, aut numerum nominis ejus. Porrò character iste bestiæ erit probabilius littera hebraica Beth ad instar trullæ, quemadmodum id Cornelius à Lapide ponit, 5. & explicat. in 2. ad Corinth. cap. 6. v. 15. nimirum Belial, quod significat sine jugo, inobedientes, rebelles impios & vel etiam hominem apostatam.

Ecce dies calamitatis & miseriæ! an forsan verò tam horribiles calamitates duntaxat apprehendent innocentes, tantùm bonos & constantes catholicos? nequaquam, sed audiamus ulteriùs.

Caput decimum nonum.

De
Strenua pugna Eliæ & Henoch, & aliorum fidelium adversus Antichristum, ejusdémque cultores.

43. *Rursus dolore miscebitur, & extrema gaudii luctus occupat.*

Prov. 14. v. 13. Præ gaudio vix non tripudiat auctor candelabri ardentis unà cum suis haud adeò disparis religionis cultoribus propter liberorum muratorum adventum, ampliorem prpfectò zeli fervorem ostendens pro ipsorum exaltatione, quàm pro gloria Christi, sed veniet tempus, quo gaudium convertetur in luctum, credite ex Christiana charitate præmonenti, ac præsagienti: veniet tempus, quo seriò nimis quoque pœnitebit Acatholicos reges ac principes liberis muratoribns concessisse accessum, & indulsisse nimiùm, quoniam omnium prudentum sensu, hominibus mechanicis nimiam libertatem indulgere & præsertim superioritatem

tem est eisdem quasi rebellionis fomitem ministrare, & me forsan contempto, saltem illud veridicum deberet attendi.

Asperius nihil est, humili dum surgit in altum.

Præter alia exempla vel ipsi auctori ardentis candelabri fides adhibenda foret, qui pag. 5. expressè testatur sæculo decimo sexto in Anglia â Mechanicis fuisse conspirationem factam adversus suos præfectos, & adversus ipsum regium regimen Londinense, assignatâ certâ secretâ militari tesserâ, quâ auditâ semel ac simul in arma ruere, regiúmque Magistratum subvertere volebant. Inter omnes autem muratores fuêre audaciores ac pertinaciores, adèo quidem, ut ipse regius magistratus ad præcavenda majora mala fuerit verè coactus: condescendere ipsorum malitiosæ insolentiæ, & locò promeritæ mulctæ, indulgere clementiam. Præsertim semper magis timendi extranei, quàm patriotæ, maximè autem ex tali contumaci progenie oriundi, consentanèe illi memorando versiculo: Non procul â proprio stipite poma cadunt.

Ain fortassis? Sunt quieti, suis principibus fideles ac obedientes. Nempe & ipse diabolus Doctori Fausto ad tempus fidelia præstabat obsequia, tantò postea cru-

delior carnifex, quantò fuerat prius fidelior servus.

Veniet dies, detecturus, quid sub petizomate vel vellere lateat. Tempore Antichristi apparebit, cuinam & secretum servent, & operam navent, neque enim ipsi protestantes erunt immunes ab illa ultima horribili tribulatione superventura universo orbi, sed, justo judicio Dei permittente præ cæteris vi ac fraudibus ab ipsis adigentur ad exhibendum cultum latriæ imagini bestiæ. Si nolint, tunc pro trulla machæra.

Sin autem Antichristi capessiverint partes, eò minùs luctuosissimæ calamitatis effugient flagra. Nam ecce hæc dicit verax in cælo Deus: *Dabo duobus testibus meis & prophetabunt diebus mille ducentis & sexaginta, amicti saccis. Hi sunt duæ olivæ, & duo candelabra, in conspectu Domini terræ stantes. Et si quis voluerit eis nocere, ignis exiet de ore eorum, & devorabit inimicos eorum. Et si quis voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum: Et potestatem habent, super aquas convertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga, quotiescunque voluerint.* Nimirum *erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modò*, non solùm super fideles, & veræ Ecclesiæ Christi adhæsuros, sed & identidem, atque multò ampliùs su-

Apocal. 11.

Matth. 24. v. 21.

per

per infideles, & ad aſtra Antichriſti tranſituros. Cruciabuntur veri Chriſtiani ab Antichriſti cohortibus, cruciabuntur & Antichriſti ſatelites, à diſcipulis ac militibus Chriſti.

Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſräel, nempe electos ſuos fideles, *Dominus amat judicium, & non derelinquet ſanctos ſuos; in æternum conſervabuntur.* Conſolabitur Deus totius conſolationis populum ſuum in preſſura per ſuos ſervos Eliam & Henoch, & eorum ſequaces diſcipulos, multi quippe viri Religioſi tunc in ſpiritu ac virtute Eliæ è clauſtris, velut è caſtris procedent, conſolaturi afflictos, confortaturi ad patientiam ſanctorum, provocaturi ad exempla martyrum, & ad toleranda glorioſè glorioſa martyria, nec facilè dubium, quin etiam Romanum imperium adhuc in fine mundi miniſtraturum ſit ſtrenuos athletas, & heroicos martyres, veriſimiliùs etiam ex Principibus, niſi forſitan tantâ coronâ ſemetipſos fecerint indignos.

44. Pſal. 120. v. 4. Pſal. 36. v. 28.

Nempe: uti ſanctus Bonaventura ait: *ſicut Antichriſtus erit crudelior omnibus perſecutoribus, ita martyres ſancti tunc temporis fortiores erunt omnibus retro Martyribus. Conſolamini, conſolamini popule meus. Non relinquam vos orphanos.*

Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis, & convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres eorum.

Lib. 7. comp. Thlgiæ verit. cap. 9. Iſaiæ 40. Joann. 14. v. 18. Malach. 4. v. 5.

Et piè omnino credendum, multos Judæorum, visis Elia & Henoch, perspectis ipsorum prodigiis, nec non & auditis ipsorum concionibus ab Antichristo recessuros esse, & recursuros ad Dominum nostrum JEsum Christum verum & unicum salvatorem mundi.

45. Sed hîc subintrat quæstio, utrum & liberi muratores sint convertendi & respon-
Luc. 1. dendum: *Non erit impossibile apud Deum omne*
v. 37. *verbum.* At verò terret valdè Apostolorum princeps cum sancto Jacobo asserens:
1. Petri *quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat*
5. v. 5. *gratiam.*

Nam ab auctore candelabri ardentis defactò jam ponuntur in supremo quasi fastigio humanæ felicitatis, propria ipsius auctoris pag. 6. sic sonant: welche nach und nach dise Gesellschafft mit mehreren Geheimnissen mögen ausgezieret, und auf den fast höchsten Gipffel menschlicher Glückseeligkeit gebracht haben, ohne daß sie Anfangs darbey mögen was anderes ausführen wollen.

Vah! quo demum culmine ponit hic auctor suum candelabrum cum suis liberis muratoribus tempore Antichristi, ubi exstructo Jerosolymis novo templo, totis viribus adjuvabunt Antichristum ad adipiscendum suæ ambitionis scopum? Certè multis parasangis exaltabit illos super solium Dei Altissimi cum suo candelabro in

ali-

aliquo spatio imaginario seu chimærico collocandos. Deinde nullibi appetunt, sed potiùs cum Antichristo spernunt omnem gratiam, ac universa dona supernaturalia, unicè avidi ac cupidi felicitatis naturalis, cui juratâ contumaciâ inhærent, jam dudum (crebrò citato candelabro testante) etiam in suis avis & proavis hanc suam contumaciam sacerdoti confiteri renuentes, ne fortè converterentur. Sin igitur converti nolint, ostendet indubiè Elias in contumaces potestatem sibi datam à Deo quemadmodum quondam eandem exercuit in quinquagenarios principes demandatos ab Ochozia rege in Israël videlicet: descendat ignis de cælo, & devoret liberorum muratorum cauponas cum ipsorum aula atque imagine bestiæ, devoret contumaces, absumat modò hunc, modò alium Antichristi principem cum suis militibus: & ipse *Deus armabit creaturam ad ultionem inimicorum, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos*, & absque dubio multi etiam catholici generosi Athletæ sive principes sive reges, exhortationibus Eliæ & Henoch ad præliandum pro agno accensi. Quin & ipsi Angeli de cælo super terram effundent phialas iræ Dei, & sequetur unum væ post alterum. Paucis: Illis ultimis calamitatibus & afflictionibus describendis impar est omnis calamus, hinc propero ad finem.

pag. 54.
4. Reg. cap. 1.
Sap. 5. v. 18. v. 21.
Apocal. 16.

46. Apoc. 11. v. 2. Cùm igitur duo teſtes Elias & Henoch *finierint teſtimonium ſuum, beſtia, quæ aſcendit de abyſſo, faciet adverſus eos bellum, & vincet illos, & occidet eos. Et corpora eorum jacebunt in plateis civitatis magnæ, quæ vocatur ſpiritualiter Sodoma, & Ægyptus, ubi & Dominus eorum crucifixus eſt. Et videbunt de tribubus & populis & linguis & gentibus corpora eorum per tres dies & dimidium: corpora eorum non ſinent poni in monumentis, & inhabitantes terram gaudebunt ſuper illos, & jucundabuntur, & munera mittent invicem, quoniam duo prophetæ cruciaverunt eos, qui habitabant ſuper terram. Et poſt dies tres & dimidium ſpiritus vitæ à Deo intravit in eos. Et ſteterunt ſuper pedes ſuos, & timor magnus irruit ſuper eos, qui viderunt eos. Et audierunt vocem magnam de cælo dicentem eis. Aſcendite huc: Et aſcenderunt in cælum in nube, & viderunt illos inimici eorum.* Iſta omnia per ſe ſunt clariſſima, aſt audiamus jam alia.

Cùm olim in contradictione contumaces Core & Dathan & Abiron propter ſuam contumaciam vivi fuerint à terra deglutiendi, præmonens Moyſes dixit ad populum.

Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & no- Num.
lite tangere, quæ ad eos pertinent, ne involvamini 16. v.
in peccatis eorum &c. Confestim igitur, ut cessavit 26.
loqui, dirupta est terra, sub pedibus eorum, Et ape- v. 31.
riens os suum, devoravit illos cum tabernaculis, &
universa substantia eorum. Descenderúntque vivi
in infernum, operti humo.

Ecce! & Dominus JEsus præmonens Matth.
asserit: *Tunc, qui in Judæa sunt, fugiant ad* 24. v.
montes. Fugiant procul, insinuare volens, 16.
quòd & Antichristum cum corona suorum
contumacium fratrum ac procerum Jero-
solymis par maneat judicium. Nam sanctos
prophetas Eliam & Henoch in cælum sus-
ceptos adhuc persequi, & suam potentiam
ostentare percupiens, ope dæmonum instar
Simonis Magi sursum volabit ad sydera ver-
sus, ast Christus subitò spiritu oris sui in Apoc.
eum proiciet justam damnationis senten- 19. v.
tiam, ut veluti fulmine tactus, sicut fulgur 20.
delapsus cum multis sequacibus vivus ab-
sorbeatur â terra, quòd Dominus etiam ali-
bi indicare voluit, asseverans: *Princeps hu-* Joann.
jus mundi jam judicatus est, eâdem autem & ho- 16. v.
râ, *decima pars civitatis cecidit, & occisa sunt in* 11.
terræ motu nomina hominum septem millia. Apocal.

Erunt equidem post hanc & plures rui- 11. v.
nas adhuc superstites reges ac duces de An- 13.
tichristi exercitu pugnaturi cum agno, con-
tra Christi fideles, sed *agnus vincet illos, quo-*
niam Dominus Dominorum est, & Rex regum, & Apo-
qui cum illo sunt, vocati, electi & fideles. Et qui- cal. 17.

dem tantâ strage, plenâ internecione, ut omnes aquilæ, omnes aves cæli saturandæ sint carnibus mortuorum, convocatæ
Apoc. 19. v. 17. v. 18. ab Angelo clamante: *Venite congregamini ad cœnam magnam Dei, ut manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & omnium liberorum, & servorum, & pusillorum, & magnorum.*

Ecce hic erit finis & exitus Antichristi Pseudo-Messiæ, magni liberorum muratorum magistri, quem tam avidè isti mechanici ordinis professi, Christianæ obedientiæ osores & libertatis amatores exspectant. Et sic transit gloria liberorum muratorum cum universis ipsorum symbolis & secretis, sic transit gloria bellatorum, sic transit gloria mundi.

Caput Vigesimum.

Quibus de causis Deus tantam potestatem malignantibus suis inimicis permittat?

47. Justus & sanctus est Deus non solùm in omnibus operibus suis, sed & identidem in cunctis permissionibus suis, & certè nunquam Deus læsionem suæ divinæ majestatis permitteret, nisi ejusdem restitutionem cum fænore & majori complacentia recipere sciret.

Plu-

Plures equidem possunt assignari causæ permissionis tantorum malorum, inter omnes tamen primarium & Principem locum tenet: Nempe quia Deus voluit clarificari in filio suo, & quia voluit clarificare filium suum. Quemadmodum ipse filius Dei id testatur expressis hisce verbis: dum malitiam Judæ permisit, *nunc clarificatus est filius* Joann.
hominis, & Deus clarificatus est in eo. Si DEus 13. v.
clarificatus est in eo, & DEus clarificabit eum in 31. &
semetipso, & continuò clarificabit eum. Quomo- 32.
dò autem JEsus Dei Filius clarificavit Patrem suum? nempe per obedientiam perfectissimam, quemadmodum rursum ait: *Ego te clarificavi super terram, opus consummavi,* Joann.
quod dedisti mihi, ut faciam. Et propter quod 13. v. 4.
clarificat Deus filium suum? Nimirum propter obedientiam: *quia humiliavit semetipsum* ad Phi-
factus obediens usque ad mortem, mortem autem lipp. 2.
crucis, propter quod & Deus exaltavit illum, & do- v. 8. &
navit illi nomen, quod est super omne nomen. 9.

Jam examinemus breviter obedientiam ex omni parte, & quoad omnem modum perfectissimam. Obedivit Deo Patri in omnibus & semper à primo instanti conceptionis usque ad acerbissimam & ignominiosissimam mortem; imò ultra mortem Christi obedientia se extendit. Quomodò ultrà mortem & usque in sempiternum obedientia Christi se extendit?

Ecce! (ut tamen in his, quæ nostrum scopum concernunt duntaxat maneamus:) magna est obedientia, siquis ex perfecta obedientia & charitate erga Deum pro amicis suis moritur, major tamen, siquis ex obedientia & charitate mortem sustinens eandem offert pro inimicis, quos tamen prævidet futuros amicos, & perpetuò gratos, longè tamen adhuc major, siquis ex perfecta obedientia & charitate extrema, mortémque suam acerbissimam offert pro inimicis suis, præscius, quòd ab illis locò gratitudinis sit perpetuò summè injuriandus ac blasphemandus.

Maxima autem, si quis ex obedientia & charitate se offert in hostiam acceptam & Deo placentem pro hostibus suis perversissimis, plenissimè præscius se ab ipsis omnium contemptuum atque injuriarum generibus esse afficiendum, certèsi purus homo id faceret, summum Deo beneplacitum exhiberet, quantò magis absque ulla comparatione unigenitus Dei filius, in quo sibi Pater semper complacuit, & quidem in perpetuum, quemadmodum quippe *juravit Dominus & non pænitebit eum: Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech*, ita & ipse Christus in æternum manet sacerdos & hostia, & nunquam ipsum pænitebit, quòd se obtulerit Deo respectu Dei videlicet, quamvis respectu mortalium

lium & erga mortales justissimam displicentiam & iram exhibeat. Imò christus ex parte sua paratus fuit, etiam pro ipsis dæmonibus ad obediendum Patri usque ad mortem crucis, si Deus Pater ita voluisset, unde major est complacentia Dei Patris in tanto filio tantam obedientiam & amorem præstante, quàm fuit displicentia & odium in universis peccatis omnium creaturarum, & hoc est clarificare Patrem, nam clarificare propriè idem significat, quod clarum reddere. Cùm igitur alioquin incomprehensibilis dignitas Dei Patris minùs debitò apprehendatur, saltem ex hoc cognóscamus, quòd magnus Dominus, & laudabilis nimis, pro quo tantus filius tanta fecit, atque tanta pertulit, & quidem ex motivo omnium virtutum, quæ perfectionem dicunt, sine ulla exceptione. Multi quidem multa patiuntur, sed rarò absque ulla exceptione, vel enim conqueruntur contra certas personas, vel contra ingratitudinem persecutorum, vel contra tempus & locum, vel contra modum & intentionem malefactorum, ast nihil horum fuit â Christo exceptum. Unde minimè scandalum inde sumendum est, quòd dicatur, Antichristum omnium mortalium pessimum in loco glorios Dominici sepulchri â suis adoratum iri, nam quid est sanctius? An locus? An sanctus sanctorum

sancti-

ſanctificans locum? Ecce Chriſtus Dominus, quia ſic complacitum fuit coram Patre cæleſti, ſacrificium amoris & Sacramentum ſui pretioſi corporis & ſanguinis inſtituit, quamvis præſciverit, â Judæis, ab hæreticis, & â quibusdam catholicis in eodem ſe tractandum indigniſſimè & horribiliſſimè.

Credimus tamen lignum ſanctæ crucis priùs aut â piis fidelibus aut â ſanctis Angelis inde auferendum ac compariturum in cælis, cùm Dominus ad judicandum venerit.

48. Præterea Deus ſimilia quoque propterea permittit, ut clarificet Chriſtum filium in ſuis fidelibus veris obedientiæ filiis; ac fideles usque ad mortem in Chriſto. Nam Chriſtus obedientiam miro exemplo, & verbo ubique docuit, volens ac mandans, ut per obedientiam redeamus ad Deum, â quo per inobedientiam tam turpiter receſſimus.

Hinc videmus Antitheſin inter veros Chriſtianos & liberos muratores eorumque amicos. Nam Chriſtus per obedientiam ſuos ducit ad Deum, Antichriſtus verò & liberi muratores per libertatem obedientiæ contrariam ſuos ducunt ad diabolum.

Christus per obedientiam & submissionem ad primævam felicitatem reducit, veròsque homines facit.

Hoc inveni, quòd fecerit Deus hominem re- Eccl. 7.
ctum, sanctum obedientem ac Deo placentem. v. 30.
Quemadmodum ait scriptura: *Deum time,* Eccl. 12.
& mandata ejus observa, hoc est enim omnis ho- v. 13.
mo. Ad hoc omnis homo creatus est, hæc est felicitas omnis hominis. Ad veram felicitatem per obedientiam perducit nos
Christus juxta illud Divi Pauli: *qui dedit* Ad Ti-
semetipsum pro nobis, ut redimeret nos tum 2.
ab omni iniquitate, & mundaret sibi po- v. 14.
pulum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Liberi muratores verò cum suo Magistro Antichristo ex hominibus faciunt monstra hominum, etenim libertatis amator & legis transgressor fit abomi-
nabile monstrum coram Deo: *qui facit pec-* 1. Joan.
catum ex diabolo est, nec est ampliùs liber, 3. v. 8.
quia omnis, *qui facit peccatum, servus est pec-* Joann.
cati, summè terrifici & abominabilis 8. v. 34.
monstri.

Est quidem Christus propitiatio pro 49.
peccatis totius mundi, pro omnibus se 1. Joan.
obtulit hostiam immaculatam, attamen 2. v. 2.
nullus ex adultis consequitur satisfactionis effectum, nisi soli obedientes, id expressè Ad He-
docente scriptura; *consummatus, factus* bræ. 5.
est v. 9.

est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ.

Psalm. 102. Angeli in cæli potentes virtute, facientes verbum Dei, faciunt voluntatem ejus.

Tota natura obtemperat, monstrum proinde naturæ fit homo libertatem quærendo, ac legi Dei obtemperare recusando, & adhuc monstrosius foret, si Christus hominem inobedientem suæ doctrinæ in cælum assumeret.

Verùm ad quid similia lamentor liberis muratoribus, ceu mæchanicis professione gentilibus? quorum societas nec Christum nec scripturam sapit, nec animarum salutem intendit, totam suam beatitudinem gentilium stoicorum studio veluti throno imponens sibique thesaurizans illam pro-
Psal.13. v. 2. phetæ regii parœmiam: *corrupti sunt, & abominabiles facti in studiis suis, non est, qui faciat bonum.* Cantet potiùs interea charitas nostra certis Christianis, quibus volupe est, de satisfactione & obedientia Christi audire, quia inde occasionem haurire amant, tale inde argutum enthymema cudendi: Christus pro nobis legem implevit, mortuus, pro nobis abunde satisfecit, ergo nulla est exigenda legis adimpletio, nulla ampliùs satisfactio, nulla pænitentia. Sed fallit ex toto ista conclusio,

vel ipsis Judæis attestantibus, pro quibus æquè Christus, & quasi primariò satisfecit: Primariò enim fuit missus ad salvandos oves domus Isräel, & tamen dicitur: Matth. *& sui eum non receperunt.* Quomodò sui 15. v. eum non receperunt? utique in medio ipso- 24. rum fuit conversatus? utique audierunt Joann. eum prædicantem, utique viderunt ejus 1. v. 11. opera & miracula? nempe is omnis Christum non recipit ut salvatorem, quisquis non observat ab ipso præscripta media ad salutem. Sanari non vult, quisquis medico obedire, & præscriptas medicinas applicare detrectat. Præstantissima medicina est satisfactio Christi, attamen in nemine operatur effectum, nisi in obtemperante & recipiente. Ex divinis scripturis 2. Ad fide est certum, quòd pro omnibus mor- Corint. tuus sit Christus, & quòd sua morte pro 5. v. 15. omnibus satisfecerit, pariter ex ipsis divinis scripturis fide certum est, non omnes salvari. *Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.* Matth. 20. v. 16 Nec potest hujus alia ratio, vel scripturæ auctoritas assignari, nisi illa ab Apostolo data, quia *non omnes obediunt Evangelio.* Ad Rom. 10. v. 16. Cum prohinc hæc, salvâ divinâ scripturâ, neque ab Acatholicis negari queant.

Patienter ulterius ipsorum audiamus responsum, tum in Augustana Confessione, tum in aliis libris plerúmque ita sonans: fide in Christum apprehendimus remissio-

missionem peccatorum, gratiam, & salutem æternam, testante Apostolo: *Justitia autem per fidem JEsu Christi, in omnes, & super omnes, qui credunt in eum.* (Ad Rom. 3. v. 22.)

Jam ad hoc responsio venit, omnino consentiens, per veram Catholicam & Apostolicam fidem, obedientem toti Evangelio, ab Evangelistis conscripto, & ab Apostolis prædicato in toto terrarum orbe, homines justificari, sanctificari, ac salvari, de hoc enim sanctum Paulum loqui legenti ferè ex omni capite patebit ad oculum. De hoc etiam pronuntiavit illud: *sine fide* autem *impossibile est placere Deo.* (ad Hebræ. 11. v. 6.) Hæc fides Catholica & unica vera ac sancta duplicis generis credenda confitetur, nimirum à Deo facta, vel facienda, & facienda seu complenda à nobis. â Deo facta est Christi incarnatio, passio, mors, satisfactio, resurrectio &c. Hæc nullibi facere, sed duntaxat cum gratiarum actione reverenter credere jubemur.

Alia sunt, quæ secundùm veram fidem facere jubemur. Et de his verissima est illa Divi Gregorii parœmia: *Ille etenim verè credit, qui exercet operando, quod credit.* (Homil. 26.) Sic; quia Abraham credidit, Deum velle, ut egrederetur de cognatione sua, fecit, quod credidit, & egressus est, sicut præceperat ei Dominus: (Genes. 12. v. 4.) Pariter, quia credidit Abraham, Deum velle, ut Filium suum Isaac in holocaustum offerret, obedivit, & fecit,

quod

quod credidit, & propterea fuit benedictus Genes.
à Domino. Sic & Noë, quia credidit, esse 22.
voluntatem Dei, ut fabricet arcam, obe- Genes.
divit, & fecit, quod credidit. 6.

Unde planè prorsus erronea, falsa & fi- 50.
cta est illa assertio: *Scriptura docet, nos coram* Confessio
Deo justificari per fidem in Christum, cùm credimus Augusta-
nobis remitti peccata propter Christum. Nam scri- na in plu-
ptura ubique docet, ut obtemperantes di- ribus lo-
vinæ voluntati adhibeamus ad justificatio- cis.
nem media præscripta. Sic expressè scri-
ptum est: *nisi quis renatus fuerit ex aqua & spi-* Joan. 3.
ritu sancto, non potest introire in regnum DEI. v. 5.
Unde contra expressam scripturam prorsus
erronèe & fide fictâ credit, se, vel suos li-
beros posse justificari, salvari sine baptismo,
vel in re, vel saltem in voto, si in re ipsa
baptismum habere nequit. Quærentibus
Judæis: *quid faciemus viri fratres?* Petrus ne-
quaquam respondit: credite, quia propter
fidem in Christum vobis peccata vestra re-
mittuntur, sed omissis hisce verbis, expres-
sè asseruit: *pœnitentiam agite, & baptizetur unus-* Act. 2.
quisque vestrûm in nomine Domini nostri JEsu Chri- v. 38.
sti in remissionem peccatorum vestrorum, & acci-
pietis donum spiritus sancti. Similiter scrip-
tura in pluribus locis expressè docet, post
baptismum relapsis necessariam esse pœni-
tentiam, & ipsum sacramentum pœniten-
tiæ. Et ut paucis comprehendam omnia, Luc. 13
falsâ & fictâ fide credit, quisquis credit, Joann.

 homi- 20. v.
27.

hominem justificari aut salvari posse absque voluntate atque proposito obtemperan-
ad Rom. di Deo in omnibus mandatis suis: *Non enim*
2. v. 13. *auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur. In hoc scimus, quoniam co-*
1. Joan. *gnoscimus eum, si mandata ejus observemus, qui*
2. v. 3. *dicit, se nosse eum, & mandata non custodit, men-*
& 4. *dax est, & in hoc veritas non est.*

51. Nolite indignari vocanti fidem vestram fictitiam & erroneam, non mea, sed Divi
1. ad Ti- Pauli est hæc censura sic differentis: *finis*
moth. *autem præcepti est charitas de corde puro, & con-*
1. v. 5. *scientia bona, & fide non ficta.* Merum figmentum est, quòd absque observatione legis & mandatorum, saltem in proposito possit sperari aut obtineri charitas, vel cor mun-
1. Joan. dum, vel conscientia bona. Nam *qui non*
3. v. 14. *diligit, manet in morte*, manens autem in morte non est justus, neque potest salvari. Deinde falsissimum & merum figmentum est, quod sanctus Paulus in Epistola ad Romanos & ad Galatas de hac fide prorsus fictâ unquam fuerit locutus, siquidem de hac fide ficta â nemine unquam fuit quæstio mota. Sed hoc dubium fuit dissolvendum, utrum ad justificationem & ad salutem necessariò requiratur circumcisio cum reliquis cæremoniis legalibus, uti abstinentia à carne suilla, & sine pluribus aliis Judæorum emundationibus externis, & respondet sanctus Paulus, tam Judæos, quam gentiles

sine

ſine ullis eorum præcedentibus meritis ex merâ gratiâ vocari ad fidem catholicam, & in eâdem ſine ullis eorum præcedentibus meritis juſtificari, ergo ſine præſcriptis mediis? ergo ſine propoſito obſervandi legem Chriſtianam, & doctrinam Chriſti? eſt figmentum falſiſſimum: Legem ergo *destruimus per fidem*? interrogat Paulus: & reſpondet: *abſit: ſed legem ſtatuimus.* Si enim per Ad
fictam illam veſtram fidem homines juſti- Rom.3.
ficari potuiſſent, tunc nemo baptiſmo ha- v. 31.
buiſſet opus, tunc prorſus inutile fuiſſet
illud mandatum Chriſti: *Euntes ergo docete* Matth.
omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, 28. v.
& filii & ſpiritûs ſancti, docentes eos ſervare, 19. &
quæcunque mandavi vobis. Quomodò autem 20.
gentes omnia mandata Chriſti tam citò ſtatim cum ipſo baptiſmo implere potuerunt?
præſertim illud: *niſi abundaverit juſtitia veſtra* Matth.
plus quàm ſcribarum & phariſæorum. non intrabi- 5. v.20.
tis in regnum cœlorum.

Certè non in ipſo opere, ſed voluntate faciendi, quod catholica fide ſtatuitur id omne, quod credit, Deum velle. Jam vel modicè verſato in divinis ſcripturis clareſcit ad oculum, per juſtitias intelligi bona opera ac merita, ſic Ezechiel. 33. de juſto faciente iniquitatem dicitur: *omnes juſtitiæ ejus oblivioni tradentur.* Sic itaque non illa ficta fides, ſed vera fides catholica ſtatuens facere bona opera, & juſtitias pro

facto & pro justitiis seu bonis operibus reputatur, si homo pro tunc adhuc in statu disgratiæ constitutus, vel ad justitiam nempe ad augmentum justitiæ imputatur, in homine jam justo, quemadmodum etiam
Genes. 15. Abrahamo, nam Abraham eo tempore in loco, quo citatur â sancto Paulo, jam erat justus, estque omninò falsum quòd primùm per illam fidem fuerit justificatus. Est igitur proprius sensus â Divo Paulo intentus: bona voluntas credentis, parata facere, quod credit Deum velle, pro facto â Deo accipitur.

Est præterea putridum figmentum, imputans catholicis, quòd doceant homines posse propriis viribus, propriis meritis. & propriis operibus justificari. Hoc est falsissimum figmentum, injuriosum, in totam Ecclesiam Catholicam.

Pelagiani talia docuerunt, quorum errores semper damnavit, & adhuc damnat Ecclesia catholica. Ecce hæc est vera doctrina omnium Catholicorum: Primam gratiam nemo potest mereri. Lapsus post baptismum sine sacramento pænitentiæ vel in re ipsa, vel defectu occasionis saltem in voto nunquam potest justificari, si enim Monachi (uti ipsi fingunt) per Monachismum possent justificari, tunc Monachi non ampliùs tenerentur confiteri, quod tamen catholici nunquam somniarunt. Paucis

pro-

proteſtantium potiſſimi ſummè erubeſcerent, quòd tot támque fætidis figmentis unquam aures præbuerint, ſi inſtructionem veram, quemadmodum in conſcientia obligantur, apud catholicos inquirerent.

Imò haud ſatis fictæ ac fingenti fidei eſt, quælibet contumelioſa fingere, ſed amat inſuper in Chriſtum, & in divinas ſcripturas blaſphemias effundere, ſic diſcurrendo. *Concionatores tantùm puerilia, & non neceſſaria opera urgebant, ut certas ferias, certa jejunia, fraternitates, peregrinationes, cultus ſanctorum, roſaria, monachatum, & ſimilia.* Siccine ergóne in diebus feſtivis Deo gratias agere, Deum colere, jejuniis Chriſtum imitari, Deum honorare ſunt puerilia? ergóne Chriſtus puerilia docuit? dum dixit. *Hoc autem genus non ejicitur, niſi per orationem & jejunium?* Ergóne vidua illa pueriliter egit? *Quæ non diſcedebat de templo jejuniis & obſecrationibus ſerviens nocte ac die.* 52. In Confeſſ. Auguſtana cap. 20. Matth. 17. v. 20. Lucæ. 2. v. 27.

In confraternitatibus in roſariis & ſimilibus, laudatur Deus, frequentantur ſacramenta, grata mente recoluntur divina myſteria, iteratur oratio Dominica. Súntne illa puerilia? Ergóne Angelus Gabriel aliquid puerile promulgavit, dum ſalutans Mariam virginem myſterium divinæ incarnationis annuntiavit? Ergóne Chriſtus aliquid

Lucæ 1. quid puerile instituit, dum dixit: *sic ergo*
v. 31. *vos orabitis: Pater noster, qui es in cælis, sancti-*
ficetur nomen tuum? Vel dum sacrosancta sacramenta celebranda & sumenda instituit? O blasphemias in tanta divina mysteria! de Monachatu loquendo. Multò ampliùs urget quæstio: anné igitur Christus puerilia
Matth. docuit, promittens ac inquiens: *Et omnis,*
19. v. *qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores,*
29. *aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit?* Certè Monachorum, aliorúmque Religiosorum statum, ipsorúmque vitam Deus millenis manifestis miraculis confirmavit.

Solétne Deus puerilia confirmare miraculis? O blasphemiam in spiritum sanctum! Ecce tot sancti aliíque Reges ac Principes fundavère, ac ædificavère Monasteria, instituerúntne puerilia? & quare fundaverunt? fortassis propter remissionem peccatorum? minimè gentium, ipsi enim probè erant instructi, homines per gratiam gratis justificari, sed Deum amabant, magni æstimabant, hic ipsorum erat finis, ut Deus â suis servis die ac nocte laudaretur, amaretur, honorificaretur, ipsi ex divinis intelligebant scripturis, Christianas res publicas multis indigere gratiis ac cælestibus benedictionibus, & non erant tam rudes sicut fictæ fidei auctores, qui nullum aliud meri-

meritum, nullam gratiarum impetrationem, & vix quidquam aliud ex Evangelio intelligunt nisi remissionem peccatorum. Id quidem neutiquam ignorabant fundatores ac tutores religiosorum ordinum, neminem alteri posse mereri remissionem peccatorum, sed sciebant, â Monachis & Religiosis observari illud Divi Pauli: *Obsecro* 1. Ad
igitur primùm omnium fieri obsecrationes, oratio- Timoth.
nes, postulationes, & gratiarum actiones pro omni- 2. v. 1.
bus hominibus, pro regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus, in omni pietate & castitate, & cognoscebant præterea ex scripturis divinis per assiduas, præsertim multorum preces omnia posse impetrari â Deo, juxta illud Christi
promissum: *si manseritis in me, & verba mea* Joann.
in vobis manserint, quodcunque volueritis, pete- 15. v. 7.
tis, & fiet vobis. Non præcisè credenti sed petenti ac roganti mendico â divitibus eleemosyna datur. Homines volunt rogari, & preces ad Deum fusæ â fictæ fidei cultoribus puerilia vocantur: Ergóne ô blasphemia, Christus puerilia postulat, dum
hortando clamat: *Petite, & dabitur vobis,* Matth.
quærite, & invenietis, pulsate, & aperietur vo- 7. v. 7.
bis.

Hæc notentur. Remissionem peccatorum nec virginea Mater Christi nobis mereri valet, sed rogata conversionis gratiam impetrare potest.

Nec minùs falsissimum est, quòd orationes, vigiliæ, jejunia, & aliæ carnis castigationes non sint necessariæ, necessitas quippe talium ad oculum nobis ostenditur â Domino dicente: *vigilate & orate, ut non intretis in tentationem.* Et Paulus clamans clamitat: *Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram. Si enim secundùm carnem vixeritis moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.*

Matth. 28. v. 41.

Ad Coloss. 3. v. 5.

Ad Rom. 8. v. 13.

53.

Ecce divinis scripturis imbuti antecessores vestri Reges ac Principes, pensiculatè considerabant, se in sæculo multis tentationibus, aliisque innumeris periculis obnoxios specialibus divinis gratiis indigere, hinc Religiosorum ac Monachorum cætibus sese commendavêre, ut per ipsorum vigilias, jejunia, & quasi assiduas preces auxilium impetrarent ab alto. Scio & credo equidem, quòd quasi pannus menstruatæ sint universæ justitiæ vestræ. Enim verò *lavamini, mundi estote:* & omnia munda fient vobis. Sed quomodò, forsan per fictam fidem vestram? hæc nullatenus est medium aptum ad lavandas conscientias â sordibus, sed adhibenda sunt media â cælesti medico Christo præscripta. Suscipite vel â cæco veræ fidei lumen. Quare iste lumen oculorum recepit, fortassis

Isaiæ. 64. v. 6.

Isaiæ. 1. v. 16.

taſſis quia credidit? nequaquam, ſed quia Chriſto medico obedivit dicenti: vade, *la-* Joann.
va in natatorio ſiloe. Quod ipſemet hiſce ver- 11. v.
bis profitetur: *Et lavi, & video*, & quomodò 7.
decem viri leproſi mundati ſunt? forſan v. 15.
quia crediderunt? nullatenùs, ſed quia obe- Luc. 17.
divêre Chriſto medico aſſerenti: *Ite oſten-*
dite vos ſacerdotibus, dum irent mundati ſunt, v. 14.

Zachæus fuit in gratiam ſuſceptus, ſed per quid, fortaſsè quia credidit, propter Chriſtum ſibi peccata remitti? neutiquam, ſed quia Chriſto vocanti obtemperavit, *fe-* Lucæ
ſtinans deſcendit, & excepit illum gaudens: Nini- 19. v. 6.
vitæ fuerunt in gratiam recepti? forſitan per fidem? quisquis id dicit, in hoc veritas non eſt: veritas etenim ait: *quia pœnitentiam* Matth.
egerunt in prædicatione Jonæ. Et Naaman Syrus 12. v.
mundatus eſt â lepra, non quia credidit, ſed 41.
quia obedivit Eliſæo præcipienti: *vade, & la-* 4. Reg.
va ſepties in Jordane. Non Mariæ Magdalenæ cap. 5.
fidem, ſed ipſius dilectionem & opera enar- v. 10.
rans laudat Dominus: *Vides hanc mulie-* Lucæ 7.
rem, ex quo intravit, non ceſſavit oſcula- v. 44.
ri pedes meos. Hæc autem lacrymis riga- v. 45.
vit pedes meos, & capillis ſuis terſit. Propter quod dico tibi: remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm. Nec v. 47.
ignoro, mihi reponi: *dixit autem* (Dominus) *ad mulierem, fides tua te ſalvam fecit. Vade in pace.* Et reſpondeo: quàm optimè. Tunc enim

malè habens â tanto medico ſanitatem & ſalutem prudenter ſperat, quandò ejusdem voluntati obſecundans præſcripta media ſolerter adhibuit, absque obedientia porrò,& absque adhibitis mediis eſt omnis fiducia, omnisque fides inanis.

Et quomodò inani fide vel fiducia remiſ-
ſionem peccatorum ſperare quis poterit,
1. Reg. cùm Rex Saul etiam offerens holocauſta &
15. victimas, etiam ex miſericordia parcens ſuo
inimico Regi Agag, propter inobedientiam
fuerit abjectus, à Samuele audire coactus:
v. 23. *pro eo ergò, quòd abjeciſti ſermonem Domini, abiecit te Dominus.* Et quidem plenam obedientiam in omnibus requirit Dominus, & nequaquam ſufficit, in nonnullis acquieſcere, in aliis autem repudiatâ obedientiâ, proprio inhæreſcere ſenſui: *quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere.* Atqui quælibet idololatria damnat hominem. Sin verò adhuc ulteriùs percontari complaceat, in quonam plenæ obedientiæ fundamentum ſit compoſitum?

Matth. Ecce hoc eſt fundamentum ſecundùm
18. v. ſermonem Domini. *Si autem Eccleſiam non*
17. *audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.*

Aliud fundamentum nemo poteſt ponere, aliam Eccleſiam nemo poteſt fundare, præter univerſalem fundatam à Chriſto ſuper Petram veritatis columnam, & diſciplinæ magiſtram, adeò quidem, ut nemo

mo in Ecclesia triumphante, cum Christo
obedientium duce possit cantare victoriam,
nisi in Ecclesia militante sub obedientia hu-
militer ac fideliter serviverit ipsi Christo in
suo vicario. *Vir obediens loquetur victoriam.* Prov.
Multi forsan dicent: *durus est hic sermo, & 21. v.
quis potest eum audire.* Ast adhuc longè du- 28.
riora experietur incredulus mundus in illa Joann.
ultima tribulatione, qualis non fuit ab ori- 6. v. 61.
gine mundi. Et omnium durissimum erit,
audire â Christo tremendo Judice: *nunquam* Matth.
*novi vos, discedite à me, qui operamini iniquita- 7. v. 22.
tem. Nam omnis, qui audit verba mea hæc, &
non facit ea, assimilabitur viro stulto,* cum fatuis v. 26.
virginibus excludendus â regno, omnis, qui
cum liberis muratoribus atque libertatis
amatoribus ædificat, destruit, confunden-
dus confusione Babylonicâ, & quidem per-
petuâ. Verùm isthæc de fide ficta quasi
in transitu ex sincera charitate, forsitan plu-
ra alia occasione Deo Doctore ac vitâ co-
mite. Interim invocabo Dominum, ut spi-
ritus Eliæ compareat in montibus, & opere-
tur in terra.

Caput vigesimum primum.

Humilis, brevis atque devota supplicatio.
Ad
Omnes sublimes potestates ac dignita-
tes quaslibet Ecclesiasticas, & ad om-
nes animarum Rectores.

Surge

Num. 10. v. 35. Psalm. 7. v. 2. Psal. 67. v. 31.

Surge Domine , & dissipentur inimici tui , & fugiant , qui oderunt te à facie tua. Exurge in ira tua , & exaltare in finibus inimicorum tuorum. dissipa gentes, quæ insidiantur hæreditati tuæ. Tibi nota sunt nostra pericula, tibi manifesta liberorum muratorum secreta , perambulantium in tenebris peragrantium terras, ut ædificent gentilium stoicorum Gymnasia , sapientium in propriis oculis suis & stultitiam reputantium *supereminentem scientiæ charitatem Christi, in quo sunt omnes thesauri, sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Recordare Domine quid acciderit nobis.* Sicut serpens, proprio nomine inserpsit orbi ordo liberorum muratorum , nulla lege approbatus , sola prudentiâ humanâ dealbatus, flocci pendens illud sapientis rapti usque ad tertiũ cælum : *sapientia enim hujus mundi, stultitia est apud Deum.* Totis conantibus hic ordo est, ad ædificandam libertatis synagogam pro eo, qui venturus est in nomine suo, Christianæ obedientiæ hostis, bestialis libertatis promotor.

Ad Ephes. 3. v. 19. ad Coloss. 2. v. 3. ad Coloss. 2. v. 9. Thren. 5. v. 1. 1. ad Corint. 3. v. 19. Joann. 5. v. 43.

Exurge Domine Deus , exaltetur dextera tua. Exurge Christe, adjuva nos, exurge & exaltare in Benedicto Tuo Vicario, in Tui gregis supremo Pastore , ut tuarum gratiarum divitiis & cælestium donorum benedictionibus uberrimè benedictus , duplici Eliæ spiritu repletus , fortitudine Josue confortatus , virtute Spiritûs Sancti accensus , vul-

Psal. 10. v. 12. 55.

pionum

pionum liberorum muratorum, fascinatoriis canatibus se murum inexpugnabilem opponat, ipsorum stoicas super gentilismum ædificatas structuras diruat, omnia machinamenta disrumpat, omnia tela nequitiæ veluti fulminis conterat telo, dissipans consilia malignantium, uti pulverem ante faciem venti, secretorum Gordium nodum dissecans ceu levem stipulam falce, veluti insuperabile munimentum vineam Domini custodiens â vulpibus, ac commissum sibi ovile â furibus, & ab omni irruptione latronum, consolidans gregem, suffulciens templum, exaltans regnum & gloriam Christi. Liceat ô beatissime Pater, mihi, pedibus tuis beatissimis substrato indigno catello quantulùm non tam latrare, quàm vagire. En! tot insulæ tot regna excutientia sanctæ obedientiæ jugum, atque in tam varias abeuntia sectas, tot jurgia, tot bella, & præliorum opiniones certè nîl boni prophetant, tot in omni pomparum genere tam veloces ad summa ascensus planè vicinam minitantur ruinam. Ipsa nostra delicata sæcula sunt malorum præsagia. Non ampliùs vivimus felicia illa tempora Caroli Magni, â quo illud laude dignissimum effatum posteritati relictum ac commendatum; *honoremus sanctam & Apostolicam sedem, licet vix ferendum ab illa sede imponatur jugum, tamen feramus, & pia devotione toleremus.* Nostrâ ætate antiquus

Baronius ad annum 801.

quus serpens multas curiosas reperit Evas, â quibus quærit, quare præcipiuntur vobis ista? quibus & respondet; nequaquàm moriemini aspernando hæc & similia plura. Illud æternæ veritatis oraculum vix am-
Lucæ 10. v. 16. pliùs invenit fidem: *qui vos spernit, me spernit.* & idcircò abundat iniquitas, & refri-
Matth. 24. v. 12. gescit charitas multorum. Unica inobedientia Jonæ eheu quantam tempestatem, & quanta naufragii excitavit pericula. Heu quanta proin pericula nostra parturiet ætas,
Jonæ 1. quâ contumacia â multis reputatur pro gloria, quâ proprius sensus venatur in aëre muscas, atque propria voluntas in charybdi & scylla piscatur proprium velle, piscésque fallaces, qui blandâ adulatione pelliciunt gustum.

Multiplicantur viduæ, lacrymas pupillorum non est, qui recogitet corde: memoria pauperum apud multos in oblivionem abivit, prævalente occupatione in bellis & pompis.

Vorax feroxque bellua bellum viscera Christianitatis usque ad medullam depascit.
Psal. 30. v. 11. Adeò, ut lamentari cogatur: *Infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea conturbata sunt. Super omnes inimicos meos facta sum opprobrium, & vicinis meis valde?*

His omnibus accedit divina scriptura
Psal. 78. contestans, *Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam*, nempe gentes novæ recentésque vene-

venerunt, atteſtante recenter erecto candelabro ardente, liberi muratores, profeſſione gentiles, Pythagoræ & Catonis diſcipuli, futuri fratres revelandi iniqui in fine mundi, ubi & venturus eſt Henoch, de quo divina ſcriptura refert: *Placuit Deo, & translatus eſt in paradiſum, ut det gentibus pœnitentiam,* Eccli. 44.

Aſt quibus tunc gentibus prædicabit Henoch? forſan habitantibus in Malabaria, & Pengala? in Orientali India? nimirum liberis cæmentariis & Antichriſti militibus. Hæc profectò, & plura alia talia, magnam conjecturam pariunt, tametſi ultima tempora ſint occulta, attamen jam eſſe vicina. Porrò propterea minimè cadendum eſt animo, necdum eſt abbreviata manus Domini, nec abſciſſa ſpes veræ pœnitentiæ. Si permittit, ultima vicinare tempora Deus iratus, paratus eſt, eâdem elongare pœnitentiâ placatus.

Non enim absque cauſa Angelus aſcendens ab ortu ſolis clamat voce magnâ ad quatuor Angelos: *nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadusque ſignemus ſervos DEI noſtri in frontibus eorum.* Apoc. 7. v. 3. Nempe quemadmodum propter electos abbreviabuntur periculorum dies, ne pereant, ita & propter pœnitentes differentur ultima mala, ut plures ſalvi fiant.

Pœnitentia urgenda eſt, ventilanda ſunt

reſi-

resistentiæ arma, usquedum sol induxerit novissimum diem. Quisquis quippe perseveraverit usque in finem in bono, hunc & Deus conservabit á malo.

56. *Exurge DEus* in tuis purpuratis Patribus, ut instar quatuor animalium pleni sint oculis, semper vigiles veluti cardines cæli, & Principes terræ super omnem terram, ne agro dominico superseminentur zizania, ne in horto Ecclesiæ nocturni tenebriones liberi muratores sibi construant nidos pro pariendis corvis, & pro diripiendo pretiosissimo vivòque animarum thesauro similes sint quatuor animalibus. Leoni in fortitudine & charitatis ardore, bovi per patientiam sub laborum ac tribulationum jugo; homini per discretionem & compassionem erga infirmos ac pauperes. Aquilæ per contemplationem divinorum mysteriorum. Sint Patres, non solùm, ut sub ipsorum purpura velut sub alis fideles requiescant, sed etiam, ut adhuc multiplicentur in senecta uberi, tanquam Patres mittant suos filios Zelosos missionarios viros Apostolicos ad quatuor mundi plagas, ubique gentium annuntiaturos regnum Dei, & adventum Domini, â quatuor ventis suos congregaturi electos. *Surgite Principes arripite clypeum* (Isaiæ 21. v. 5.) protectionis super depositum vestrum, super populum Dei,

Tin-

Tinniunt mihi quidem aures à voce strepentis, quis est hic, qui præscribit præsumptuosè tantis Principibus leges? Ast ceu indignus catellus quæro asylum sub purpura Patrum, sagacissimè intelligentium, mea verba absque ulla præscriptione nihil sonare, nisi paternam illam commonitionem Pontificis maximi Gregorii Magni: *Hæc fratres charissimi idcircò dicimus, ut ad cautelæ studium vestræ mentes evigilent ne securitate torpeant, ne ignorantia languescant, sed semper eas & timor sollicitet, & in bono opere sollicitudo confirmet.* Homil. I.

Exurge Domine, non confortetur homo, judicentur gentes in conspectu tuo. Constitue legislatorem super eos, ut sciant gentes, quoniam homines sunt. Exurge in magnis Prælatis, in mitratis verticibus, & in cunctis animarum Rectoribus, audiatur pœnitentiæ tuba è cathedris, prædicetur ubique præclaris vitæ exemplis. Clametur è pulpitis, ut aures inclinentur salutis præconibus, & claudantur muratoribus liberis, cunctísque seductorum mollitis sermonibus, cunctorum insonet auribus: *Lavamini, mundi estote auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere perversè. Discite benefacere, quærite judicium, subvenite oppresso, ju-*

56. Psal. 9. v. 20. & 21.

Isaiæ 1. v. 16.

v. 17.

judicate pupillo, defendite viduam. Nam prop-
Pſal.77. ter peccata populorum permittit Deus *im-*
v.49. *miſſiones per Angelos malos*, atque per ſeductio-
Joel.2. num opifices. *Canite tubâ in Sion, ulula-*
v.1. *te in monte ſancto meo, conturbentur om-*
nes habitatores terræ, quia venit dies Domini, quia prope eſt. Præoccupemus faciem Domini, meliùs námque tutiúsque eſt prævenire, quàm ſerò venire. hoc attento, & ſperato inde pænitentiæ fructu. Sanctus Vincentius Ferrerius, & multi ſanctorum Patrum jam dudum prædicârunt, extremum judicium jam eſſe vicinum.

Hæc eſt ſapientia deſuper â Patre luminum, imitari Deum, & ſcire uti malo in bonum. Permagnam profectò manifeſtámque occaſionem ſuo adventu liberi muratores nobis præbent, prædicandi ultima ſummè periculoſa tempora, exhortandíque populos tam verbis, quàm exemplis ad faciendos dignos pænitentiæ fructus. Nemo ſit canis mutus, minùs dormitans aut dormiens, ſanè opus eſt latratu valido, virgâ vigilanti, attentione ſumma, ne vel una ovis rapiatur â lupis, quæ nec quidem univerſis mundi theſauris ampliùs redimi, aut commutari valet. Vigilandum præſertim iſthoc tempore malo, ubi quaſi inter innumeros Acatholicorum errores, antiqui ethnicíſmi per liberos muratores reſuſcitata lues magnis paſſibus occupat orbem, & quidem

quidem tantis laudum, præconiis, quantis vix unquam fuit celebrata à gentilium fabulosis poëtis, & superstitionum magistris.
Super muros tuos Jerusalem constitui custodes, tota die, & tota nocte in perpetuum Isaiæ 62. v. 6.
non tacebunt. Qui reminiscimini Domini,
ne taceatis: donec machinationum muri v. 7.
redigantur in pulverem, *donec Jerusalem laudem ponat in terra,* & donec grex commissus â Deo, liberatus ab insidiis malorum, stabiliatur in bono.

Caput vigesimum secundum.

Humilis ac devota supplicatio. Ad Cunctas sublimes potestates ac potentias sæculares. 57.

Excita, quæsumus Domine potentiam tuam, & veni, & magna nobis virtute succurre. Dom. 4. Advent. Excita potentiam tuam Domine in potentiis & potestatibus hujus sæculi. Nam
tua est Domine magnificentia, & potentia, & gloria, 1. Paralip. 29.
atque victoria, & tibi laus: cuncta enim, quæ in
cælo sunt, & in terra, tua sunt, tuum Domine re- v. 11.
gnum, tu es super omnes Principes. Tuæ divitiæ, & v. 12.
tua est gloria, tu Dominaris omnium, in manu tua virtus & potentia, in manu tua magnitudo, & imperium omnium. Hæc recogitare semper sa-

pientia regia, data sibi potestate uti ad ser-
vitium & gloriam supremi datoris est pro-
priè regnare.

Nolite cogitare hujus mundi potentes,
me hominem infimæ sortis hîc perorantis
fungi officio. Sed tenete pro certo, quo-
niam hæc sunt hortamenta in sublimi thro-
Sap. 6. no sedentis sapientissimi regis. *Ad vos ergò*
v. 10. *reges sunt hi sermones mei, ut discatis sapientiam,*
& 11. *& non excidatis. Accipite disciplinam per sermo-*
v. 27. *nes meos & proderit vobis. Diligite lumen sapien-*
v. 23. *tiæ omnes, qui præestis in populis. Rex sapiens sta-*
v. 26. *bilimentum populi est. Rex insipiens perdet popu-*
Eccli. 10. *lum suum, Rex justus erigit terram vir avarus*
v. 3. *destruet eam. Præbete aures vos, qui continetis*
Proverb. *multitudinem, & placetis vobis in turbis nationum.*
29. v. 4. *Quoniam data est à Domino potestas vobis, & vir-*
Sap. 6. *tus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, &*
v. 3. *cogitationes scrutabitur. Non enim subtrahet per-*
v. 4. *sonam cujusque Deus, nec verebitur magnitudinem*
v. 8. *cujusquam: quoniam pusillum & magnum ipse fe-*
cit, & æqualiter cura est illi de omnibus.

v. 22. *Si ergo delectamini sedibus & sceptris ô Reges,*
diligite sapientiam, ut in perpetuum regnetis. Hic
Apocal. *est sapientia, quid enim prodest homini, si mundum*
13. v. 18. *universum lucretur, animæ verò suæ detrimentum*
Matth. *patiatur?* Si, æterna veritate attestante, pos-
16. v. 26. sesio totius orbis, anima detrimentum in-
currente nihil prosit, amabo, quæ utilitas
in sceptro unius vel alterius regni, sine spe,
potiundi regno æterno? Anne ad hoc for-
Sap. 6. san, quia **potentes potenter tormenta patientur.**
v. 7. Sanè sine Regno æterno in cælis, regum,
principúmque sublimitate vix ulla conditio
mor-

mortalium est miserior in terris. Gloria enim ipsorum est vanissima, similis umbræ hederæ, sub qua mirè vanéque lætatus est Jonas. Cura principatuum afflictio maxima, nec quidem quietem placidi somni indulgens. Voluptates ipsorum sicut aqua decurrens in puncto transeunt. *Gustans gustavi in summitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululùm mellis, & ecce ego morior.* Omnia sunt plena periculis, pericula in substantiis, pericula in subditis, pericula in apertis hostibus, pericula in hostibus occultis, & falsis ministris, raræ aulæ sine furibus, rariores sine proditoribus, & fraudulentis seductoribus. Et hi timendi sunt ceu hostes omnium maximi, omnium periculosissimi. Erat Salomon verè Deo devotus, Rex sapientissimus, & tamen fuit seductus; adeò quidem, ut iram Dei incurrerit, & apud multos dubium post se reliquerit, utrum verè fuerit salvatus. Per quas porrò personas?

Jonæ 4. v. 6.

1. Reg. 14. v. 43.

2. Reg. 11.

Per mulieres, inquis: quomodò autem per mulieres? nimirum: notetur per mulierum alienigenàrum dulcissima ac suavissima blandimenta fuit pellectus, ut ipsis fana ædificaret, earundémque cum ipsis idola coleret.

v. 7.

Quomodò Roboam ejus filius seductus est, adeò quidem, ut decem tribus de sua

3. Reg. 12.

obedientia & de suo regno perdiderit? Nempe per juniores adulatores.

Apud Matthiam Faber Dom, 22. post Pentec. Sic Antisthenes meretricibus adulatores comparat. Plato verò in Phedro vocat adulatorem *bestiam humano generi pestilentem, similem venefico, imò impuro dæmoni, qui animos incautos funestis epulis fovet, & sordibus noxiis inquinat.* Psal. 106. *Quis sapiens?* & cavet hæc?

3. Reg. 11. v. 2. Ecce sapientissimi Reges, tales sunt adulatores, tales præcipuè liberi muratores veluti alienigenæ mulieres sunt, *certissimè enim avertent corda vestra* suis blandimentis, ut ædificetis ipsis fana, seu cauponas & losas, ut colatis ipsorum instituta & idola: certissimè avertent corda vestra â Christo Salvatore mundi, â Christianitate, & inducent vos in meram naturalem stoicam hypocrisin, imò, secundùm Platonem veluti bestiæ ad cultum magnæ bestiæ, in fine mundi, ascensuræ de mari.

Psal. 2. v. 10. *Et nunc reges intelligite, erudimini, qui judicatis terram. Vobis dictum est â divina sapientia.*

58. *Per me reges regnant, & legum conditores justa decernunt, & potentes decernunt justitiam.* Jam anno 1425. Henricus Sextus Rex Angliæ vobis præclaro præluxit exemplo inhibens severè muratorum conventus & capitula, Candel. pag. 52. ita statuens: Rebus apprimè exploratis, maturéque expensis, & præsertim ad instantiam communitatum nostri regni sit ordinatum, decretum, ac declaratum, ne imposterum

posterum ejusmodi muratorum conventus habeantur, & quicúnque hujuscemodi conventibus præbuerint locum vel occassionem, als hohe Verbrecher, ceu gravioris criminis rei puniantur. Ipsi verò muratores in similibus conventibus comparituri, castigentur carceribus, impositâ insuper mulctâ pecuniariâ ad arbitrium Regiæ Majestatis.

Et quidem tunc temporis, quemadmodùm in ipso inhibitionis decreto videre est, duntaxat annuatim suos celebrabant conventus. Quid porrò modò sentiendum est, cùm jam ter in septimana ad sua conventicula conveniant. Candel. pag. 12.

His non obstantibus, ipse auctor tamen candelabri adulatorum vix non coryphæus, ipsis Regibus ac Principibus muratores hosce adblandiri, & insibilare totis nisibus adlaborat, tanquam totius felicitatis columnas, & tanquam faustissima sydera, quibus intuentibus totus mundus semper secundis ventis est navigaturus. Confestim iterùm eosdem appellitans, liberos, cùm tamen â Rege nequaquam liberi vocentur, neque in Anglia pro liberis unquam fuerint admissi. Causam porrò hujus decreti imputat sacerdotibus & viris Religiosis fingens, illis temporibus viguisse tantam ignorantiam, ut Geometrica, & similes artes naturales passim inter veneficia computarentur.

tur. Ast ista fingendo ipsi etiam regi injuriam infert, qui nihil horum assignans, hanc expressam causam suo decreto inserit, quòd muratores in suis conventibus ligas faciant in præjudicium communitatum ac legum, atque in harum conturbationem & ingens damnum.

59. O Ulysses! ô Ulysses, obstrue aures, cave adulatores! Syrenes sunt, Reges ac Principes, adulando ac suaviter canendo â curâ propriæ salutis, â vigilantia pro animabus, â zelo veræ fidei â defensione Ecclesiæ ab omni supernaturalium memoriâ totos avertere, atque in solis naturalibus, meréque politicis inebriare, ac insoporare collaborant, ut eisdem profundè soporatis, & omni Ecclesiasticâ potestate alioquin jam contemptâ, suos pestiferos errores, & seductionum venena tantò liberiùs ac licentiosiùs disseminare queant: quemadmodum scriptum est: *Cùm autem dormirent homines, venit inimicus homo, & superseminavit Zizania in medio tritici.* Matth. 13. v.25.

Obsecro, placeat audire, quidnam auctor candelabri intendat? pag. 160. laudans, & vix non canonizans liberorum muratorum, quamvis sibi ignotum secretum, ait', quòd antiqui Ægyptii, præter alias superstitiones & idololatrias, etiam silentio divinitatem tribuerent, colentes illud sub nomine Harapocrates. O quàm bellé! nam Candel. pag. 160.

antiqui

antiqui ethnici etiam canibus, & felibus, etiam vitiis & morbis attribuebant divinitatem. Ergóne omnes antiquorum idololatrias vult Romano imperio invehere? Publica pacis instrumenta constitutiones imperiales clamant, in Romano imperio nullá aliam religionem esse tolerandam præter Catholicam, confessionem Augustanam & religionem reformatam. Iste verò assentator, flocci pendens hæc, Romano imperio inflabellare, suisque blanditiis vix non intrudere connititur liberos muratores, quo scit ethnicismo addictos, omnem Religionem admittentes, datâ insuper cuilibet licentiâ, quamcúnque Religionem eligendi pro suo sensu, & arbitrio libero. De Relig. refor. in pace mon. pag. 630.

Deinde quis prudentum ignorat, esse summam stultitiam, silentio vel secreto, rei indifferenti deitatem adscribere, nam tam silentium, quàm secretum tam potest esse vel bonum, vel malum pro diversitate motivorum.

Vel edissere mihi Amice! furum vel latronum secretum ad expilandam domum mercatoriam, & ad trucidandos cunctos ejusdem incolas éstne sanctum, & deitate dignum? sanctéque servandum? Sanè jus naturæ ipsum contra clamat cum Apostolo scribente: *digni sunt morte, & non solùm qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.* Ad Rom. 1. v. 32.
Unde non capio, quâ conscientiâ auctor

candelabri excusare, imò & laudare queat conspiratorum muratorum contumaciam in Anglia, propriis regni rectoribus & gubernatoribus contumacissimè recusantium aperire rebellionis tesseram, datam ad invadendum violenter ipsum regimen seu parlamentum Londini, & ad promovendum maximum rebellionis incendium. Nam seditionum auctores, & rebelionum zelatores omni plerúmque jure ipsis etiam latronibus graviùs puniuntur, quia latrones tantùm aliquorum sunt pestes, rebelles autem totius regni, & ipsorum etiam regnantium sunt hostes. Si proinde scelus est, despoliandis, vel trucidandis occultare intentionem latronum, quantum erit crimen, perduellium invadendi tesseram contumacissimè propriis celare præsidentibus, & tamen, quod meritò mireris, videtur hic adulator defendere, quod contumaces muratores suâ contumaciâ remissionem justæ vindictæ sint quasi promeriti, nec quidem intelligere volens ipsos terminos.

Cand. pag. 5.

Quippe, dum dicitur, aliis tribubus pænitentia tactis & obtemperantibus fuisse promeritas pænas remissas ex gratia, contumacibus muratoribus verò sine gratia, ipse infert, sive muratores inferunt, ergo ex meritis, quod sanè ineptissimum, etiam fur erumpens è carcere evadit sine data gratia, ergo ex meritis? O ineptias! Amabo! quid

quid eſt honorificentius, ſi ſervus cum gratia dimittitur, aut ſi ſine gratia? proprius ſenſus proîn iſte eſt; muratoribus omni gratiâ indignis fuit tantùm parſum ex timore, ne secùs ceu indomabiles belluæ toti Angliæ irreparabilia damna inferrent. Planè ſi auctor candelabri eſſet bonus civis, & verus patriota, admiſſionem liberorum muratorum potiùs totis viribus diſſuaderet, utpotè ſciens, quod ſint reliquiæ & genimina hominum perduellium.

Addit deîn ibidem, quòd Archiepiſcopus canterburi ab ipſis dictis muratoribus in grandem magiſtrum fuerit electus (ſi tamen credere fas eſt) papæ profectò ſcilicet grandis honor Archiepiſcopo, ſi hominum ſeditioſorum magiſter efficitur, quid Archiepiſcopo cum trulla? invigilet ſuo officio. In hoc porrò liberis muratoribus certè exiguam laudem attribuit, quòd pag. 161. ipſorum ordinem cum ſuo ſecreto ſphingi comparare videatur. Nam ſphinx fuit monſtrum, ergóne muratorum liberorum ordo tale monſtrum? de ænigmate & ſecreto ipſorum equidem præ jubilo manibus pedibúsque plaudit, aſt ceſſabit ſuo tempore plauſus, etiam ille ipſorum cæmentariorum ad Marchionem Brandenburgenſem hiſce verbis; ordo noſter non niſi cum fine mundi finem accipiet, & unde ipſis hæc promiſſio? Certè non â Deo, ergò ab Antichri-

Cand. pag. 6.

tichristi magistro. In fine mundi nemo indigebit cæmentariis, nemo ædificabit ampliùs palatia vel templa, nisi Antichristus cum sua tribuliberorum muratorum. Lege scripturas, & videbis in eis ænigma solutum.

60. Verùm enim verò quid consilii sapienti Principi nostris tam malis támque periculosis temporibus inter tot adulatorum fistulas dulcia canentes? quorum potissimus scopus Principum devorare sapientiam, devorare & ipsorum ac subditorum substan-
Eccl. 39. tias. Nempe *sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in prophetis vacabit.*

Sapienter notetur, antiquorum, non modernorum, nam vel idcircò nonnulli ex modernis librum sapientiæ, Ecclesiasticum, Tobiam &c. inter scripturas apocryphas numerant, ne reges & Principes ex eis veram sapientiam & pietatem addiscant,
Jobi. 12. v. 12. & ne toxica seductionis repellant. *In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.*

Ecce hæc est vera veréque antiqua ab ipso antiquo dierum æterna sapientia & veri-
Matth. 6. v. 33. tas: *Quærite ergo primùm regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.* Hanc sapientiam ipsâ experientiâ comite proba-
Apud Ant. Foresti in vita Ottonis. tam invenêre constantinus magnus, Theodosius magnus, Carolus magnus, Otto magnus, & alii magni reges & principes,

&

& quidem cum Ottone magno intellexêre sapientes reges & principes, Imperatoris præcipuam obligationem in eo consistere, ut catholicæ fidei defensorem & promotorem se exhibeat. Erat quidem Otto in suo exercitu per pestem infelix, dum in vicarium Christi impius, faustior porrò iterùm factus, dum vicarios Christi debitè Veneratus. Nimirùm non liberorum muratorum mechanicis nugis, sed altioribus symbolis delectantur sapientes reges, & Principes fortes. Ex symbolum, en mysterium! *en lectulum Salomonis sexaginta fortes* Cant. 3. v. 7. & 8. *ambiunt ex fortissimis Isräel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi unius cujusque ensis super femur suum propter timores nocturnos.* Lectulus Salomonis verè amabilis & pacifici, videlicet Christi est Ecclesia Catholica Romana, in qua sub speciebus sanctissimi Altaris sacramenti Tectus usque ad finem mundi requiescit. Hunc igitur divini Salomonis lectulum sapientes fortésque principes ambiunt, tuentur, muniunt atque defendunt contra timores nocturnos nimirùm adversus cunctos luminis & veritatis inimicos. Apprimè gnari, non ex effusione sanguinis, sed ex causa & ex fine Sancto toleratæ necis veros fieri martyres, neque ex ardore pugnandi, sed ex sancta causa pugnæ susceptæ generosos athletas ostendi. Nulla victoria tam gloriosa, quàm

triumphare de inimicis crucis, déque vitiorum protervia. Et nulla tam opulenta præda, quàm pretioſas animas hominum eripere è faucibus hiantis inferni.

Maximam perennémque generoſi herois gloriam, nomenque æternum meretur, non pro trojana Helena confligtans, neque mœnia Babylonis defenſans, ſed qui ſponſam Chriſti Eccleſiam, ſanctam Dei civitatem inexpugnabili tuetur præſidio.

61. *Sapiens in prophetis vacabit, & narrationem*
Eccli. 39. *virorum nominatorum conſervabit.* Viri nominati, magni nominis ac æſtimationis in univerſo orbe audiunt Petrus & Paulus: & hem iſti de noſtris ultimis támque periculoſis temporibus ex prophetico ſpiritu ita
2. Petr. 3. vaticinati ſunt: *memores ſitis eorum, quæ præ-*
v. 2. *dixi, verborum à ſanctis prophetis & Apoſtolorum veſtrorum præceptorum Domini & Salvatoris.*

Hoc primùm ſcientes. quia venient in noviſſimis diebus in deceptione illuſores juxta proprias concupiſcentias ambulantes. dicentes, ubi eſt promiſſio, aut adventus ejus? ex quo enim Patres dormierunt,
2. Ad Ti- *omnia ſic perſeverant. In noviſſimis diebus inſta-*
moth. 3. *bunt tempora periculoſa, erunt homines ſe ipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace. Criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, protervi, tumidi, & voluptatum amatores magis quàm Dei, habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. Magiſtri mendaces, qui intro-*
2. Petri. 2. *ducent ſectas perditionis, & per dulces ſermones,*
v. 1. *&*

& benedictiones seducunt Corda innocentium, libertatem illis promittentes, cùm ipsi servi sint corruptionis, in avaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur. Hi frequenter excurrunt de loco ad locum, de civitate in civitatem, de aula ad aulam, astuti exploratores, occulti proditores. Simul, omnium Principum genium ac ingenium versutè explorant, ut sciant, quâ capiendi sint escâ, quo fune trahendi in retia, in ore Dalilæ, in corde Philisthiim. Fluidè discurrunt de statu Principum, attamen vix unquàm aliquid de timore Dei, de justitia & sanctitate, sed potissimùm de ambitione, de ejusdem dilatatione, de pomparum ostentatione, de munerum profusione, de prætensionibus, recreationibus, voluptatibus, curiositatibus variisque artibus tam fallendi, quàm acquirendi, periti artifices, in suam propriam lagenam usque ad sanquinem emulgere subditos, & devorare plebem, aridis ossibus relictis regi aut suo Principi. Unde providentissima admonitio supremi regis regum ad omnes reges ac principes terræ. - *Attendite â falsis prophetis, â falsis statistis*, â liberis muratoribus, & opificibus Machiavellicæ artis.

Ad Rom. 16. v. 18. 2. Petri. 2. v. 19. v. 3.

Sapiens Princeps sapientiam omnium antiquorum exquiret, sagax imitator sapientissimi regis, asserentis: *Invocavi, & venit in me spiritus sapientiæ*, sic est: *si quis autem vestrûm indiget sapientia, postulet â Deo*, qui

Sap. 7. v. 7. Jacobi, 1. v. 5.

qui dat omnibus affluenter, & non *improperat*,
Eccli. 1. *& dabitur ei. Nam omnis sapientia à Domino*
Proverb. *Deo est. Cor prudens possidebit scientiam, & au-*
18. v. 14. *ris sapientium quærit doctrinam. Hæc est autem*
Eccle. 7. v. 6. *doctrina sapientis: meliùs est à sapiente corripi,*
Eccli. 8. *quàm stultorum adulatione decipi. Cum fatuis*
v. 21. *consilium non habeas: non enim poterunt diligere,*
Osee. 7. *nisi quæ eis placent. In malitia sua lætificave-*
v. 3. *runt regem, & in mendaciis suis principes, qui-*
Proverb. 20. v. 1. *cunque his delectatur, non erit sapiens. Coram*
Eccli. 8. *extraneo ne facias consilium, nescis enim quid pa-*
v. 21. *riet, non omni homini cor tuum manifestes, ne for-*
tè inferat tibi gratiam falsam, & convitietur tibi.
Eccli. 11. *Non omnem hominem inducas in domum tuam.*
v. 31. *Multæ enim insidiæ dolosi. Secundùm virtutem*
Eccli. 9. *tuam cave te à proximo tuo, & cum sapientibus*
v. 21. & 22. *& prudentibus tracta: viri justi sint tibi convivæ,*
v. 23. *& in timore Dei sit tibi gloriatio. Et in sensu sit*
tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio in præceptis
Proverb. *Altissimi. Sapiens corde præcepta suscipit. Sa-*
10. v. 8. *piens timet, & declinat à malo. Stultus transi-*
Proverb. *lit, & confidit.*
14. v. 16. *Plenitudo sapientiæ est timere Deum, & ple-*
Eccl. 1. v. 20. *nitudo à fructibus illius, omnem domum illius im-*
v. 21. *plebit à generationibus. & receptacula à thesauris*
v. 22. *illius corona sapientiæ, timor Domini replens pa-*
cem, & salutis fructum.

Paucis: qui Ecclesiasticum & librum sapientiæ non æstimat, & amat, est osor sapientiæ, & quisquis hosce libros regibus ac principibus non suadet, invidet ipsis
Eccle. 1. v. 16. gloriam, fortunam, pacem & salutem. At-

testante id sapientissimo regum tam verbo quàm experientiâ docto. Nam ipse gloriosus & magnus est effectus præ cunctis regibus terræ, sed unde? quia *sapientia confortavit sapientem super decem principes civitatis. Et gloriam sapientes possidebunt, stultorum exaltatio ignominia.* Supergressus est opibus omnes. Sed quare? Nempe, quia *scientia sapientis tanquam inundatio abundabit, & corona sapientium divitiæ eorum.* Et quæ felicitatum omnium maxima in hac vita censenda: *Timenti Dominum non occurrent mala, sed in tentatione Deus illum conservabit, & liberabit à malis. Sapiens non odit mandata, & justitias, & non illidetur, quasi in procella navis.* Unde ut tandem huic tebæ imponam coronam: deleatur in cunctis aulis ille pessimè sonans versiculus: *Exeat ex aulis, qui cupit esse pius.* & loco hujus aureis litteris inscribatur in omnium aularum portis. *Sit procul abs aulis, qui pietate caret,* insonet frequenter, cantetur, & audiatur constanter regii Psaltis centesimus Psalmus: *Misericordiam & judicium cantabo tibi Domine, psallam & intelligam in via immaculata &c.* Ego interim à sublimibus potestatibus terræ ad ima descendam, usque ad innocentiam infantium.

Eccle. 1. v. 16. Eccle. 7. v. 20. Proverb. 3. v. 35. Eccle. 2. v. 8. Eccli. 21. v. 16. Proverb. 14. v. 24. Eccli. 33. v. 1. & 2.

Caput vigesimum tertium.

Liberi muratores à parvulis veridicè describuntur.

Gratias agens JEsus sic quondam ad cæ-
lestem Deum Patrem orabat: *Confiteor ti-
bi Pater, Domine cæli & terræ, quia ab-
Matth. 11. v. 25. & 26. *scondisti hæc â sapientibus & prudentibus,
& revelâsti ea parvulis. Ita Pater: quo-
1. ad Corinth. 1. v. 27. niam sic fuit placitum ante te.* Sic est,
quæ stulta sunt mundi elegit Deus. Et intellectum
Psal. 118. v. 131. dat parvulis. Unde â vero haud aberrat il-
lud germanorum adagium die Kinder und Narren sagen die Wahrheit: simplices & in-
fantes proferunt vera. Vera certè dicunt, si etiam per plateas & compita clamant: Freymaurer, Freymaurer, Fabel-Hannsen, Faßnacht-Butzen, Maurer Affen, tausend Lugner, Vorreither des Antichrist. Fabularum fabri, Bacchi sacricolæ, muratorum Simiæ, mendaciorum Magistri, præcursores Antichristi. Imprimis apud ipsos omnia esse plena fabulis ab initio usque ad finem innotescit passim ex candelabro ardenti, sic pag. 8. Arca Noe adscribitur fabulosè muratoribus, pariter pag. 15. Arca fæderis fabulosè attribuitur muratoribus. Ait auctor, quamvis Arcæ non fuerint ex lapidibus, attamen fuerunt secundùm regulas Geometriæ, ridiculum, ineptum, somnium & vix non delirium! ergò muratores fecerunt, secundùm Geometriæ leges omnes naves, scrinia, & fabrorum ligneorum artefacta fiunt, castra militum locantur, dimensionibus etiam pi-
ctores

ctores, & tabernacularii utuntur, imò ipſe ſutor certam menſuram calceis ponit, ergóne iſta omnia muratores faciunt? Chriſtophorus Columbus fuit Geometriæ Coſmographiæ, & Aſtrologiæ apprimè peritus, ergò fuit murator? unde iſtud ſomnium? ego novi viros Geometriæ, Mathematicæ & ſimilium artium peritiſſimos, qui tamen inter cœnulentos calicéque tinctos muratores computari ſemper erubuiſſent.

Similiter fabulantur, ſuam artem eſſe regiam, omnéſque reges eſſe cœnulentos muratores, ex iſto arenoſo & ineptiſſimo fundamento, quia reges ordinavêre, ordinant ac præſcribunt ædificia, O delirium. Ecce Reges ac principes ordinant ſibi fieri calceos & veſtimenta, & quidem ſecundùm ſuam voluntatem ac præſcriptum, ergò omnes reges ſunt ſutores & ſartores? imò etiam ordinant, ut fures ſuſpendantur in patibulis, ergóne propterea omnes reges ſunt carnifices? & ut anile ſomnium adhuc magis pateſcat: Deus omnes artes ordinat, omnes omnium perfectiſſimè intelligit, ergò propterea omnes artes ſunt divinæ? etiam ſutoria & ſartoria? Sanè omnibus penſiculatè conſideratis ordo liberorum muratorum ex Chriſtianis homines deliros facere intendit, eo ipſo, quia eisdem perſuadere contendit, omnia ſceptra, omnia regna, omnia negotia & artes hujus mundi ad ſordidam ipſorum trullam pertinere.

64. Ulteriùs pag. 217. in candelabro ipsimet ultrò fatentur, quòd in suis conventiculis arti fingendi, & consequenter arti fabulas cudendi operam navent. Ubi quidem reclamant, non solùm arti fingendi, seu pöesi, sed etiam Architectoricæ, pictoriæ, eloquentiæ, Musices, Philosophiæ, Ethicæ, historiæ, & universis ingeniosis delectationibus, popæ, ô miraculum mundi! & hæc omnia condiscunt perfectissimè in publicis cauponis inter calices & compotationes, & quidem jam in virili ætate, siquidem in ipsorum constitutionibus cautum est, ut nemo infrà vigesimum quintum ætatis annum ad ordinem recipiatur,
Candel. & quidem, quod auditu mirabilius, abs-
pag.284 que libris, absque instrumentis musicalibus. Nam uti pag. 123. habetur, tota ipsorum supellex plerúmque præcisè in istis consistit: in tabula tecta, in majori cacabo impleto aqua, ubi vitra natant, in tabacco, & in tubulis fictilibus. Ecce! hæc sunt instrumenta omnium artium. Deinde interrogans, quæso, quid sordidæ trullæ cum similibus artibus? quid viris mechanicis muratoribus cum tot artibus? invigilent suo opificio, & sint vocatione suâ contenti. Quid agitis artifices, cur non protestamini? nam hem isti mechanici muratores vobis vestrum lucrum suffurantur. Vestras artes vósque in despectum trahunt, atque

hone-

honeſtos viros ad hoſpitia ducunt, ut tabacco aſſueſcant, luridi & bibuli fiant? quid vos agitis veri muratores? ecce! iſti liberi, ficti & ſemicœmentarii veſtram artem ac veſtrum opificium corrumpunt & confundunt, vobis enim conſuetum eſt, ut tyrones per aliquos annos diſcipuli maneant, hi autem ſuos candidatos propediem ad profeſſionem & ad juramentum admittunt. Si nobiles ſint, gerant ſe uti nobiles, & non ſeſe ceu fratribus aſſocient luculentis muratoribus, in contemptum profectò propriæ nobilis proſapiæ.

Carolo Scribanio teſte, Ludovico Galliarum regi undecimo opprobrio ac ſubſannationi ducebatur, quòd olim ſutore & aliâ vice barbitonſore pro legatis ſit uſus. Multò magis tam regi quàm aulicis meritò exiſtimatur probroſum, ſi cœnulentus murator inter regios miniſtros compareat, præſertim ejusmodi muratores ad officia etiam ex eo fiunt inhabiles, quia tot addiſcendis artibus occupati ſua officia, quin & curam domeſticorum quaſi neceſſariò negligunt, atque ſine cura vivere & cantare volunt. Ad magna officia, & ad adminiſtrationem rerum publicarum non eſt aptus, quisquis, præſertim ex profeſſo ab omni cura liber eſſe cupit, talis nec quidem matrimonium inire debet, ſi curam uxoris ac liberorum negligere intendit. Si

1. Ad Timoth 5. v. 8. *quis autem suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior.*

Hem præclaros scilicet liberorum muratorum fructus!

65. 2. Verissima loquuntur parvuli, quòd liberi muratores sint duntaxat simiæ muratorum, & quòd tantùm ludicris Bachanaliorum intendant. Nam audiamus propriam confessionem.

In Catechismo num. 79. quæritur, quid discat liber murator? & respondet, secretum, moralitatem, & bonam societatem, siccine consistitne in his muratorum officium? ad muratores pertinet laborare, cœmentum, lapides ceu lateres tractare, & in ordinem debitum concinnè componere, nempe muratores liberi sunt, in calce & luto muratorum suam gloriam sanè turpissimè ponunt, laborare autem nolunt, â labore liberi & exempti esse nolunt. Amabo probentur, & comparebunt ipsorum ineptiæ. Sic in Catechismo ad quæstionem.

Candel. pag. 138 15. respondetur, loge seu losam minorem tantùm ex quinque personis constitui, videlicet ex uno Magistro, ex duobus præfectis, ex uno socio seu servo muratore, & ex uno tyranno.

Ponamus itaque; Dominus quidam peteret triginta muratores pro suo ædificio. In hoc proin casu mercedem deberet dare sex magistris præcisè otiosis, duodecim præ-

fectis seu inspectoribus æquè otiosis, ad laborem ex omnibus triginta non nisi decem haberet, nimirum quinque servos, & quinque tyrones. Vah! quàm ridicula ordinatio in ordine liberorum muratorum! Unde haud immeritò unus ex ipsorum num. 124. Candel. respondit, quòd vocetur, Timotheus ridiculus. pag. 152. Nam utique ridiculum censendum est, quòd unicus murator pro sua directione duobus præfectis, & uno speciali magistro indigeat. Ipsi autem respondent, nequaquam esse ridiculum, sed in hoc quoque latere mysterium. Audiamus ergò.

Certum est ex divina scriptura, quòd 3. Reg. Hiram rex Tyri Regi Salomoni miserit artifi- 7. v. 13. cem etiam Hiram nomine *filium mulieris viduæ* & 14. *de tribu Nepthali, Patre Tyrio, artificem ærarium, & plenum sapientiâ & intelligentiâ, & doctrinâ ad faciendum omne opus ex ære.* Jam istum excellentem artificem virum innocentissimum, quemadmodum ipsimet liberi muratores ad suum proprium probrum & ignominiam pag. 154. fusè enarrant, tres socii seu servi muratorum sine ulla causa in illo Salomonis templo crudelissimè trucidârunt, & quidem (heu crudelitatem mit einem Schlägel) majori pulsabulo. Hinc ordo ipsorum per experientiam doctus, & apprimè gnarus, liberos muratores esse crudeles ac grobianos socios in suos etiam Magistros, unico etiam socio seu servo, ad præcavenda homicidia

tres præesse jubet. Amabo, quis prohinc absque ingenti imprudentiæ nota, liberis muratoribus fidet, quibus nec proprii Magistri fidere audent.

Verùm adhuc unum: Audio liberos muratores in varias provincias & regna recurrere, ergò multùm peregrinando saltem aliquid addiscent de re cœmentitia. Sic num. 134. interrogatur murator advena, unde venit? & quò vadit? respondet liber murator ab oriente ad occidentem: urget interrogans, quâ de causâ? respondet liber murator, ut quæram, quod perditum erat, modò verò rursum repertum est.

Candel. p. 153.

Nimirum Magistri verbum seu tesseram.

Hoc profectò servit pro prima die Aprilis, imò pro ridiculo Bacchinaliorum lusu.

Propter unicum verbum ab oriente usque ad occidentem excurrere, & quidem adhuc illud quærere postquam est inventum, ubi autem illud repertum fuit? ne quæras, probabilius in Lapplandiâ. Sine dubio liberi muratores Libero quasi continuò solemnia agunt. Semper in suis conventibus, abnegatâ propriâ personâ, personati, habitu muratorum induti comparent, semper gestantes, ac reliquiarum instar, venerantes trullam, in signum verisimilius, quòd cruci Christi abrenuntiaverint, atque se se devoverint venturæ bestiæ.

Ipsi

Ipſi quippe propriè ſaturnalia celebrant, quia tam ſervi quàm heri uni aſſident menſæ, uno ore canente parœmia tam Epicuro quàm Nymphis.

3. Conſimiliter parvuli veriſſimè clamant: mille mendaciorum nugivenduli. 66.
Mentiuntur enim vel ipſo muratorum habitu & externis moribus tales, quales non ſunt; mentiuntur in catechiſmo ſuo, aſſerentes, ſeſe laborâſſe, & venire ex locis, quæ loca ſuâ vitâ nunquam viderunt, mentiuntur ſignis & characteribus. Mendacia mendaciis accumulat oratio habita Hallæ anno 1744. ubique ſuæ ſordidæ arti Mechanicæ præeminentiam tribuens, & quidem pag. 407. percontans clamat. Quis eſt in ſtatu, ſe ſuper omnia ſic elevandi, ſicut quiſpiam nobilis magiſter noſtræ regiæ artis? nec minùs abundat mendaciis ſermo habitus Hamburgi æquè anno 1744. ubi clamatur, Nobiles duntaxat animas poſſe fieri liberos muratores, & quòd ars ipſorum confeſtim â primis mundi annis ad cacumen perfectionis aſcenderit, quaſi verò Adam non priùs cogitâſſet de veſtimento, quàm de muro, quaſi verò ante liberos muratores, vix ante triginta annos in lucem editos, nullæ unquam nobiliores fuiſſent animæ, ergo nec quidem virgo Maria, quam Deus ab æterno in ſuam elegit matrem, & quam utique ſuo ordini non attribuent.

Candel. p. 394.

Candel. p. 408.

pag. 409

Ast paulisper ad Seria. Meherclè vix unquam quis adeò confudit, ac confutavit Protestantes, quemadmodum muratores. Nam protestantes fatentur, omnia sua opera esse immunda, opera liberorum muratorum dicuntur operationes selectæ, nobiles, laudibus celebrandæ, ædificium ipsorum dicitur stabile, adeò sapientiâ decore, ac majestate plenum, ut vel ipsum splendorem etiam externum admirari cogamur.

Cand. p. 395.

p. 402. Notate hæc verba. **Ein Freymaurer kan unmöglich** ein gequälter **Sclave der Sinnen, der Einbildungs-Krafft, der Leydenschafften** seyn, **ein wahrer Bruder kan unmöglich** so tieff **sich neigen, daß er sich unter ihr beschwerliches Joch bequemen, und sich durch dieselben beherrschen lassen kan.** Impossibile est, liberum muratorem esse mancipium suorum sensuum, virtutis imaginativæ, & suarum passionum. Impossibile est, liberum muratorem tam profundè inclinari, ut earundem gravi jugo se subdat, atque ab eisdem regi se sinat. Ecce isti homines liberi muratores sunt omninò impeccabiles, & consequenter in Adamo non peccaverunt, ergo non solùm nos Catholicos sed & vel maximè protestantes confundunt. Protestantes credunt, sibi peccata remitti propter Christum, liber murator autem remissione peccatorum non indiget, **dann sein Gewissen beist ihn nicht,**

seines

seines gantzen Lebens halber. De tota vita sua non mordetur in conscientia, Protestan- p. 406. tes urgent lectioné Bibliorum, liber murator autem respondet: die Bibel gehöret GOtt. Cand. Biblia pertinent ad Deum, ipse potest lege- p. 141. re. Et neque indigent eisdem, sed neque Christo, sed propriis naturæ viribus ascendunt ad supremum perfectionis culmen. Quemadmodùm palam habetur ex illis verbis, quòd nunquam mentem suam ad pulverem ac ad terram cadere sinant, sondern Cand. ihren Geist bey jeder Gelegenheit zu ihrem p. 394. Schöpffer, dem wahren Baumeister Himmels und der Erden empor richten. Sed in omni occasione spiritum suum ad suum creatorem cælorum terræque opificem in sublime erigant. Liber murator p. 403. hunc semper ante oculos habet, ad hujus amussim omnes suas passus dirigit. Ecce liberi muratores non sunt sicut cæteri hominum, non sicut Catholici, peccatores, qui omnes in Adamo peccaverunt, minùs sicut protestantes, qui nihil, mereri, nihil boni agere se profitentur. Quid ad hæc ô Protestantes. Fortasse ex Confessione Augustana cap. 20. asseretis, *humanæ vires sine spiritu sancto plenæ sunt impiis affectibus & sunt imbecilliores, quàm ut bona opera possint efficere coram Deo*, en! respondet vobis citati sermonis auctor pag. 397. fugite â nobis, fugite â nostro sanctuario, fugite â nostra congregatione,

gatione, fugite procul: nam liberi muratores sunt merum sanctuarium, viri sanctissimi, quorum perfectionem totus mundus admirari debet, & quidem ex propriis naturæ viribus sine fide, sine spiritu sancto, sine Christo, de quibus in nulla constitutione, in nullo ipsorum sermone vel unico verbo cogitatur, ex arte sua propria fiunt perfectissimi. Et quod adhuc mirabilius, Pharisæus jejunavit bis in Sabbatho, dedit decimas de omnibus, quæ possidebat, & tamen non descendit justificatus. Liberi muratores verò, nihil sciunt de jejunio, egiè, instar conflictantium bibunt, subinde per integras noctes choreas ducunt, & tamen sunt merum sanctuarium.

Cand. p. 404. Luc. 18.

Adhuc unum pag. 459: Von allen Gesellschafften, welche die Menschen von Anfang der Welt unter sich haben aufrichten können, ist niemahlen eine angenehmere, nutzlichere, und zugleich sonderbarere Gesellschafft als der Freymaurer ihre gewesen. Ex omnibus sodalitatibus, quas homines ab origine mundi erigere potuêre, nulla unquam fuit gratior, nulla utilior, nulla singularior, societate liberorum muratorum. Credisne hoc munde? certè foret tibi summo pudori, crede potiùs parvulis, clamans cum eis: Tausend Lugner, hoc mendacium sanè majus est equo Trojano, & quisquis hoc credit, de longitudine aurium cum Arcadico pecore certat.

Hæc

Hæc scribens & mecum expendens, ex una parte crebrò cogitavi mecum, omnia scripta ac dicta de mechanicis muratoribus liberis esse merum figmentum, non posse inveniri tam vesanam societatem, ex altera tamen parte nunquam potui, nec possum credere, quòd summus Pontifex excommunicet, & quòd tot sapientissimi reges & principes severè inhibeant, ac proscribant homines, qui nullibi reperiuntur in mundo, igitur adhuc confirmor, eosdem esse fratres & præcursores maximi hypocritæ Antichristi, toti mundo præ omnibus maximè noxii. Unde sit.

Caput vigesimum quartum.

Nulla societas â condito orbe fuit mundo periculosior, perniciosior, ac pestilentior confraternitate liberorum muratorum.

1. *Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.* 67. 1. ad Timoth. 6. v. 10.

Radix ista olim altissimas mittebat radices inter gentes. Dicente Domino: *hæc enim omnia gentes inquirunt.* Et uni Peleo Juveni totus quondam non suffecerat orbis, quare autem non suffecerat? quia ferreis ambitionis vinculis exiguæ terræ glebæ affixus, sine comparatione majora regna cæ- Matth. 6. v. 32.

lestia

lestia nec cogitabat, nec sciebat. Ex ignorantiâ & oblivione æternorum, hinc omnis cupiditas terrenorum. Sic inter Christianos primis sæculis nulla regnabat cupiditas, ad honores & dignitates, ad claras & fasces ferè â potiori quasi cogendi fuêre divitias sua sponte deseruerunt, mundum cum flore despexerunt, in monasteria, in antra deserta, & in extraneas terras fugerunt, ut infulas, coronas & sceptra effugerent, non propter peccatorum remissionem, uti Confessio Augustana cap. 20. ineptè fabulatur, sed propter divitias veras, & coronas perpetuas sibi comparandas, apprimè gnari, servire Deo esse verè regnare, quemadmodùm de sancto Benedicto sanctus Gregorius hisce verbis perhibet: *Relicta domo, rebúsque Patris, soli Deo placere desiderans, sanctæ conversationis habitum quæsivit.* Idcircò aureis illis sæculis rara fuêre bella propter frigidum meum & tuum, pro coronis & sceptris, raræ æmulationes pro officiis & honoribus.

in præfat.

Jam verò nostris ultimis hisce sæculis, ipsa Christianitas more gentium ferè continua sustinet bella, contentiones, æmulationes, ambitiones, sed quæ similium potissima causa? nimirùm jam multi surrexerunt prophetæ falsi, quorum os plenum est laudibus sæcularis potentiæ, sæcularis pompæ, sæcularis vanitatis. Et vix est vanitas tam

despi-

despicabilis, quæ non prædicatur pro gloria. Similiter & adulatores procul dubio plurimùm obsunt Christianæ reipublicæ, abstrahunt enim mentes â sanctis desideriis cælestium. & accendunt eas ad terrenas cupiditates, & ad desideria nociva. Adhuc tamen magis nocent, si insuper sacras historias sanctorum vitas, & sanctorum miracula in dubium vocant, vel omninò pro fabulis proclamant. Hi enim suis versutis & nequitiosis instillationibus etiam pias & nobiles mentes, sacrorum pertæsas, anxias, & adeò dubias reddunt, ut omnibus sacris ceu incertis relictis, *incidant in tentationem, & in laqueum diaboli, & in desideria multa inutilia & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem.* 1. ad Timoth. 6. v. 9.

Præ omnibus tamen maximè noxius & nocentissimus est ordo liberorùm muratorum. Hic enim abjectis divinis scripturis, omnibus sacris historiis & sanctorum exemplis, contempto ipso Christo mundi Salvatore, cum suo exemplo, doctrinâ & omnibus sacris, totus ad fabulas conversus, apertissimè profitetur gentilismum, uno ore, uno animo & professione totus intentus unicè terrenæ felicitati, totam suam beatitudinem, ipsúmque humanæ felicitatis fastigium ponens in terreno consortio, sibi soli proprio, ad hoc suum aparenter fortunatissimum consortium ômnes Christianos allicere,

licere, pellicere ac pertrahere adlaborat, omnes ſuas voluptates honeſtiſſimas dictitando, omnium naturalium indefeſſum ſtudium promittendo, in ſuis feſtivitatibus more perſonatorum hiſtrionum nugas & ſabulas ludendo, occulta ſymbola & ſecreta ſtatuendo, quæ tamen nemo reſcire valet, niſi ſoli ſua confraternitati aſſociati, ut vel ſic curioſæ, & occultorum ſciendorum avidæ mentes fraudulenter ineſcentur.

Dirigit præterea hic ordo in omnem terram ſuos emiſſarios & ſocios, affabrè gnaros, cuncta ſagaciter ubique explorare, cunctis ſeſe Protheum & promotheum exhibere; muratores enim ſunt, tales homines faciunt, quales Protheus in fabula, omnium ſe ſacris & ſocietatibus immiſcent, ne dignoſcantur, & ut occulti tantò aſtutiùs fallere queant. Optimè callent, omnes peccatores, etiam paganos etiam hæreticos & veneficos converti poſſe, ſi ad medicum ſpiritualem recurrentes, fideliter ſui morbi ſtatum aperiant, hinc ut omni converſioni omne abſcindatur remedium, ſuos ſub juramento & horribilibus pænis obligant ad ſervandum ſecretum, ad celandum ſuum ſtatum, & morbi radicem, interea pleni exultatione, ſi in contemptum Dei Sacramenta ſacrilegè recipiantur.

Pariter haud ignorant, per diſcurſus de Chriſto de ſanctis, de morte, de tremendo divino

divino judicio, de æterna vita, de pœnis inferni & similibus, homines frequenter ad pias cogitationes moveri, ad conversionem accendi, ut proîn gratiæ divinæ omnis additus occludatur, omnes similes discursus â suo consortio abesse jubent.

Ipsi quidem fingunt alium finem, nempe ne grata & jucunda societas inde inquie- Candel. pag. 274
tetur, ex quo quemadmodùm ex multis candelabri locis abundè liquet, quòd omnia ad propriam delectationem tanquam ad suam felicitatem & ultimum finem referant, propter delectationem bibunt & comedunt, uti patet ex ipsorum cantionibus, propter suam delectationem se invicem tam tenerè támque sensualiter amant. Unde & patenter habetur, quòd potiùs ex hominibus bruta & bestias, quàm ex Christianis homines facere contendant, multis gentilibus quoque deteriores. Audiant muratores, audiant isti mechanici Tullium Romanum oratorem tametsi gentilem ita perorantem: *corporis voluptatem, non satis esse di-* In libr.
gnam hominis præstantiâ, & pertinere ad omnem de offi-
officii quæstionem, semper in promptu habere, ciis ad
quantum natura hominis pecudibus, reliquísque be- Tuscul.
stiis non nisi voluptatem sentientibus, antecellat. Audiat Mechanicus murator Senecam gentilem moralistam. *Tu* (inquit) *voluptatem* Lib. 14.
complecteris, ego compesco, temperantia voluptati- de beata
bus imperat, alias odit: atque abigit, alias di- vita cap.
11.

ſpenſat, & ad ſanum modum redigit, nec unquam ad illas propter illas venit. Notatur hæc ultima verba: quidquid propter voluptatem agitur, vitioſè agitur, & â peccato non excuſatur.

68. Absque fundamento garriunt Cæmentarii, in ſuo ordine Chriſtianos Chriſtianè vivere, aſt quales Chriſtianos intelligunt forsân lanquidos, ſimiles illi, de quo ſcriptu-
Apoc. ra aſſerit: *quia tepidus es, & nec frigidus, nec*
3. v. 16. *calidus, incipiam te evomere ex ore meo.* Certè ſervens Chriſtianus non poſſet ſe continere, quin in publico etiam conſeſſu Magiſtro Catonem laudanti reſponderet, ac publicè exclamaret, abſit: non cato, ſed laudetur
ad Phi- JEſus Chriſtus, *& omnis lingua confiteatur, quia*
lipp. 2. *Dominus JEſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.*
v. 11. Nam ſi in nomine Domini noſtri JESU
Matth. Chriſti congregamur, Chriſtus erit medius
18. v. inter nos. qui autem in nomine Minervæ
19. conveniunt, in horum medio erit diabolus,
Pſal. *quoniam omnes Dii gentium dæmonia.* Deinde
95. v. 5. ſi Chriſtiani apud liberos muratores adhuc manerent Chriſtiani, ad quid eorum apud muratores conſecratio, vel cui conſecrantur? & in quo conſiſtit ipſorum conſecratio? Eſtne ipſorum conſecratio deſumpta
Pſal. ex ſcriptura dicente: *& initiati ſunt Beelphe-*
105. v. *gor?*
20.

O infauſtos filios talium parentum! imò & infelices ſervos ſub talibus Dominis, æquè quippe initiantur.

Vigi-

Vigilans esto, & attentito Christiane orbis: dixi ac repeto, vix unquam infernus liberorum muratorum ordine aliquid pestilentiùs excogitavit, aut excogitare potuit: præcipuè ex eo capite, quia sunt conjurati homines, conjurati fratres in unum passim attestante candelabro, præsertim in quodam habito sermone pag. 405. illis expressis verbis: mille fratres, quinimò centum millia fratrum unum cor atque unam animam habent. *Nempe hi unum consilium habent, & virtutem & potestatem suam bestiæ tradent.* Apocal. 17. v. 13.

Interea autem ad id unum incumbunt, ut multiplicentur ac potentiam acquirant, sibique auctoritatem concilient. Vix absque stupore legi ex candelabro sequentia: p. 177. Roma, Venetiæ, Lutetiæ Parisiorum, portus Gaditanus, Lisabona, Amsterodamum, Berolinum, Uratislavia, & aliæ magnæ civitates defactò jam repletæ sunt liberis muratoribus & losis. Et quamvis ex una parte hoc videatur censendum mendacium ipso monte Hecla majus ac gravius, ex altera parte tamen etiam constat, liberos muratores esse instar cimicum, qui etiam hominibus dormientibus & vix advertentibus in occulto multiplicantur sicut arenæ in littore maris.

Denique Christiano orbi apertè mini-

tantur exitium, & quidem nominatim Christianissimo regno Galliæ, hisce germanicis verbis.

Candel. pag. 125

Nun wichen Traum und Schlaff, Freymaurer gebt es zu,
Daß ich der Göttin winck, euch es zu entdecken thu.
Was wagt ihr hierbey? ihr braucht nur euch zu zeigen,
Umb Franckreich, und die Welt in eur Joch zu beigen.

Defluxit somnus, cessârunt somnia visa.
Et Dea prædixit versutæ prospera trullæ.
Quò tandem muratores molimina vestra
Tendunt? nimirum vultis tum Gallica regna,
Tum totum pedibus vestris substernere mundum.

Ecce! hæc est illa speciosa & falsa libertas, quam liberi muratores tot laudibus extollunt, totiésque promittunt: nempe subditos obedientiæ suorum legitimorum superiorum subtrahere volunt, ut tam ipsis, quàm ipsorum quoque rectoribus ac regibus suâ luculentâ trullâ tyrannicè dominari queant, & ut suum pestiferum scopum tanto perfidiosiùs attingant, in extraneas provincias & regna excurrunt, tum in eisdem innocentes suâ virulentâ trullâ infecturi, tum nacti occasionem propriam Patriam proditori, & quasi vendituri.

Ope-

O pestis! propemodùm totum humanum commercium reddens suspectum, tam quippe suscipienti Principi metuendum est, ne in peregrino serpentem foveat, quàm suum civem in exteras nationes dimittenti, ne jam juratus proditor abeat, suum Dominum, suámque patriam nefariè proditurus. Prudentibus ac peritis incassum abgannitur, liberos muratores videri bonos homines. Nam ubi unquam hæresis extitit, quæ omni specie pietatis caruit. Longè sanior fortiórque ratio urget, sanæ ac integræ Reipublicæ de securitate prospiciendi, quàm particularis vesanæ societatis putatam innocentiam tuendi, Jure naturæ cuilibet fas est, se suósque & sua jura tueri, porrò muratoribus Mechanicis nullo jure concessum est, vel seipsos promulgare liberos, vel condere leges, aut instituere ordines, & præsumere ea, quæ mechanicæ arti non competunt, atque tam exoticis lusibus sine reverentia ac ulla indifferentia cunctis pusillis & magnis illudere incolis terræ. Et quidem fraudulenter ubique terrarum in toto Christiano orbe, adeò, ut hæc Nemo, nisi legum legislatorúmque contemptor, approbare queat. Sed jam ad coronidem imponendam huic operi.



Caput vigesimum quintum.

Quomodò Christianus orbis se exhibeat erga liberos muratores.

71. Hæc est vera charitas, hic est genuinus veræ Ecclesiæ Zelus, omnibus servire ad conversionem, omnium quærere salutem.
1. ad Timoth 2. v. 3. & 4. *Hoc enim bonum est, & acceptum coram salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Hæc est vera fraternitas, peccantes in spiritu lenitatis corripere, errantes corrigere, & in viam
Candel. pag. 129. veræ charitatis reducere. Sed ubi habitat charitas, forsitan apud liberos muratores? forsitan docetur ab ipsorum Magistro dicente ex catone: simus sani, jucundi & contenti. Nequaquam: nam etiam fures & latrones sunt corpore sani, jucundi, & in sua societate contenti, tune accedes ad illos? Catelli invicem libenter se sociant, invicem jocantur, invicem ludunt, séque invicem lambunt, ergóne habent charitatem? ergóne veri sunt homines? minimè gentium, homines sunt ad altiora creati, vera charitas ad altiora vocat. hæc vox ex vera
Ad Colos. 3. v. 1. charitate profluit: *quæ sursum sunt, quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt, Sapite, non quæ super terram.* Nam terrena sapere est propriissimè gentilium, quibus nulla spes ad supernam patriam, Ubi

vera sunt gaudia, ubi verè jucunda societas cum tot millibus Angelorum & hominum. *Et spes nostra non confundit, quarè non confundit? quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis,* quem liberi muratores nec sciunt, nec invocant. invocemus itaque spiritùm sanctum, ut illuminet sensus & corda non solùm suorum fidelium, sed & infidelium, nempe liberorum muratorum, provocemus eosdem opportunè & importunè ad tam necessariam humilitatem, siquidem cum superbis Philosophis gentilibus eò devenisse videntur, ut æquè in ipsis verificetur illa Divi Pauli justa querela: *Nos autem prædicamus Christum crucifixum: Judæis quidem scandalum. gentibus autem stultitiam.* Omnibus quippe pensiculatè consideratis, ultra modum & mensuram sapientibus in oculis propriis, doctrina Christi, veræque fides Ecclesiæ stulta ipsis apparet. Ast nolo his immorari ulteriùs, probè gnarus, in magna domo Ecclesiæ Catholicæ ubique inveniri doctores & medicos aptos ad lucrandas animas, ad dignoscendos morbos, & ad præscribenda conducentia remedia. Si hos audierint, salvi erunt, sin doctrinam ipsorum non receperint. ex ore Christi, *Amen dico vobis: tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die Judicii, quàm illi civitati.*

Ad Rom. 5. v. 5.

1. ad Corinth. 1. v. 27.

Matth. 10. v. 15.

72. Quid autem cum ejusmodi liberis muratoribus contumacibus, & converti nolentibus agendum? An urgendi, ut suum secretum manifestent? neutiquam, id enim foret ipsis majoris superbiæ ministrare fomitem. In hoc enim vel maximè gloriantur, invicem corrident, & sibi complacent, quòd suo secreto toti Ecclesiæ, tot hominibus, tot regibus ac principibus illudere, eósque vexare, & quasi pro stultis habere tam astutè calleant. Deinde libero muratori, necdum converso, etiam centies juranti haud credendum censeo, hoc quippe æquè ingenti scientiæ & permagnæ gloriæ sibi reputant, quòd mentiri, fabulari, & sacrilegè perjurare sciant. Optimum igitur factu videtur, ut doctrina Divi Pauli confusi tandem humilientur & saniora sapiant. Nunquam quippe ex proprio sensu sententiam fero, aut consilium subministro, sed semper ad sacratiora confugio.

Ad Philipp. 3. v. 6. &c. Ecce Divus Paulus *secundùm justitiam quæ ex lege conversatus sine querela:* ait: *sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam JEsu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror, ut stercora, ut Christum lucrifaciam.*

Propter eminentem scientiam JEsu Christi

ſti pro abominabili ſtercore reputandum eſt, rejiciendum eſt liberorum muratorum ſecretum, unde ſi quis ipſorum gloriatur in ſuo ſecreto, in ſuis ſymbolis, in ſuo ordine, in ſuis ſcientiis. *Gloria ejus ſtercus & vermis.* *Reſpondet ſtulta juxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur.* Quid mihi cum veſtro ſecreto, nolo ſcire, nimium mihi fœtet veſtrum tam abominabile ſtercus. Immunda reputo ſtercora veſtra ſymbola, tanquam ſtercora cunctas veſtras ſcientias. Etſi computruerint contumaciter in ſtercore ſuo, ſepeliantnr poſt mortem ipſorum corpora in ſterquilinio. *Corpora eorum ſicut ſtercora.* *Nam abominatio Domini eſt omnis illuſor, & cum ſimplicibus ſermocinatio ejus.* *Ipſe deludet illuſores.* *Si autem illuſor, ſolus portabis malum.* Nempe *in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis.* Vexantes vexandi ſunt, & illuſori pro illuſione ſua non lucrum, ſed confuſio retribuenda eſt. Sicut ſcriptum eſt : *da illis ſecundùm opera eorum, & ſecundùm nequitiam adinventionum ipſorum.* Neque enim adinventi myſterii aliam valent aſſignare veram rationem, niſi, ut Eccleſiarum Rectoribus, & terrarum regibus ac principibus, totique Chriſtianitati, ſuperbia ducti, illudere queat. Jam quippe ſuperiùs in pulverem redacta illa nugaria ratio, quòd absque iſthoc tam rigido ſecreto aliàs ordo haud poſſet ſubſiſtere :

Matth. 2. v. 26.
Joël. 1. v. 17.
Soph. 1. v. 17.
Proverb. 3. v. 32. v. 34.
Proverb. 9. v. 12.
Matth. 7. v. 2.
Pſal. 27. v. 4.

Nam sartorum, sutorum, fabrorum tam lignariorum quàm ferrariorum aliæque artificum tribus ab incunabulis conditi orbis absque tam rigido jurato secreto perseverant, quarè igitur non æquè etiam tribus muratorum? Multi Religiosi ordines absque tali jurato secreto jam ultra mille annos subsistunt, cur non & luteus ordo muratorum? deinde nec quidem ullibi vel in minimo probatum reperitur, quòd secretum illud, & juramentum fiat ex gravi causa, ex honesto fine & de re bona, nam si secretum honestum foret, minimè haberent, quod timerent, tametsi illud timoratis viris manifestarent: siquidem multa secreta manent occulta, quamvis superioribus, vel viris conscientiosis aperiantur, sic sanctus Romanus Divo Benedicto *secretum tenuit, & adjutorium impendit.* Profectò summi Pontifices, magni præsules & Principes non tantùm secretum tenerent, sed & ipsorum intentioni quoque adjutorium certatim impenderent, si illud secretum justum & sanctum cognoscerent. Ergóne liberi muratores, hi sordidi mechanici, omnes honorificentissimos viros in tota Christianitate pro secretorum proditoribus habent. Prôh Deum immortalem! quanta injuria, ô intolerabile judicium temerarium, *propter quod inexcusabilis es ô homo omnis, qui judicas, in quo enim judicas alterum, teipsum condemnas.*

S. Grego. in vita S. Bened. cap. 1.

Ad Rom. 2. v. 1.

Sit

Sit ergò, quia superbissimi mechanici liberi muratores omnes christiani orbis præsides, omnes viros & fæminas pro secretorum proditoribus habent, tractentur & ipsi tanquam proditores, non quidem proprii stercoris, sed christianitatis cum omnibus membris, nam neque Turcæ, neque ulli pagani vel Ethnici possent deteriùs depingere, ac traducere christianismum, quàm ipsissimi liberi muratores pag. 346. Christianismus vocatur corruptus sine specie, partus cerebri sine essentia. pag. 342. Larvatus ethnicismus, populus barbarus. Et hoc sine ulla indifferentia alicujus religionis, quarum defactò plures diversæ in christianitate reperiuntur.

Verùm, ut de hoc ulteriùs tela texatur, de plausibili secreto id adhuc addendum judico: transeat denique, qùod absque tali secreto ordo liberorum muratorum conservari nequeat, quid inde? propterea non ruet cælum. Diu mundus sine ordine muratorum stetit, cur breviori tempore haud ampliùs stare poterit?

Respondent. 345. conservationem ordinis esse omǹinò necessariam: ad quid autem ad emendandam christianitatem. Ast hoc minimè intendunt, nam pag. 214. expressè asseritur, quòd suscipiant homines in suum ordinem, de omni statu, de omnibus regionibus, datâ cuilibet plenâ licen-

tiâ

tiâ vivendi in Religione, in qua natus est. Imò uti pag. 216. habetur, expressè ipsis inhibetur investigare rationes vel causas, cur iste sit Judæus, alius Christianus, ille Turca, alius ethnicus. Hem profectò rem miram extra ipsorum ordinem omnes christianæ religiones sunt malæ, imò pessimæ, in ipsorum ordine autem omnes sunt bonæ; neque indigent ampliùs emendatione. Alterutrum proinde certissimum manet, aut ordinem horum muratorum esse meram fictam illusionem, aut ipsorum finem ac scopum esse, per suum ordinem totam christianitatem sibi subjugare, prodere ac vendere. Ergò (si tamen liberi muratores existunt) jure merito ubique tanquam proditores tractandi sunt.

73. Ad hoc equidem oblatrant, in suo ordine autem exerceri tales & tales virtutes, ergóne iterum solum tuum stercus est aurum? ergóne christianorum virtutes judicas vitia, & quidem sine ratione, quia rationes investigare est tibi inhibitum, ne tua in stercore tuo patiatur quies. Scito igitur; quicunque tuum ordinem amplectuntur ex christianis, de illis verificatur
Thren. 4. v. 5 illud Jeremiæ lamentum; *qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora*, & quænam est illa virtus, quæ in christianitate non reperitur? forsan illa humanitas, quam anno
cand. pag. 89. 1737. Philadelphiæ exercuisti in aliquem tyronem,

ronem, quem tui isto ritu initiârunt, laverunt vestimenta ejus, & corpus ipsius per totum vino adusto, & sic incenderunt, ut vivus fuerit crematus. O præclaram humanitatem liberorum muratorum?

Ast inquis, hoc esse incertum, certum esse, quòd liberorum muratorum societas sit quieta, grata, & læta. Nempe. *Cor sapientium, ubi tristitia est, & cor stultorum, ubi lætitia.* Eccl. 7. v. 18.

Apud liberos muratores Stultorum plena sunt omnia: nihil apud ipsos auditur de compunctione, nihil de animarum salute. Certissimum prohinc manet, ipsorum cauponas & aulas esse scholas stultitiæ & non honestæ moralitatis, neque in eisdem christianos homines fieri, sed Bachantes stultos, quod vel ex sapiente seneca sic discurrente probatur: *Ego confiteor imbecillitatem meam. Nunquam mores, quos extuli, refero aliquid ex eo, quod composui, turbatum, semper aliquid ex his, quæ fugavi, redit, avarior redeo, ambitiosior, luxuriosior, imò verò crudelior, & inhumanior, quia inter homines fui.* Epist. 7.

Ecce hi sunt fructus tam jucundæ támque stultæ societatis liberorum muratorum. Amabo, quis prudens non abominetur cum Divo Paulo eorum stercus? eorum consortia?

Et forsitan idcircò tam rigorosum jurare jubentur silentium, ne ipsorum stultescenti-

Candel. ſcentium ſtultitia innoteſcat hominibus. Unde pag. 481. garriunt: Sophocles de fragmentis Stobæi aſſerit, quòd perjurus duo ingentia mala ſibi conciliet, nimirùm amicorum indignationem, & iram deorum. Iram Deorum nos chriſtiani unius & trini veri Dei cultores non attendimus, attendant liberi muratores ceu ethnici & â vera fide alieni, præmittunt præterea ibidem pag. 480. apùd veteres creditum fuiſſe, violatores ſecretorum etiam adhuc in ſuis
Eccle. poſteris eſſe puniendos: *nempe in via ſtultus*
10. v. 3. *ambulans, cum ipſe inſipiens ſit, omnes ſtultos æſtimat.* Iſti inepti mechanici autumant, totum mundum eſſe tam ſtupidum, ut confeſtim cæco modo credat, ipſorum ſecretum eſſe honeſtum, & jurejurando dignum, quia ipſi mechanici dicunt. Tardiùs iſta viris, vivunt adhuc in chriſtianitate viri ſcientes diſcernere inter album & nigrum, docti ac gnari, hominibus mechanicis prorſùs nullum competere jus, tam graviter obligantes condendi leges, támque terribiles pænas ſtatuendi.

Chriſtianis regibus & principibus verò competit jus perfidiæ ac contumacis rebellionis crimen adverſus proprias ſupremas poteſtates, infamiæ notâ etiam puniendi in poſteris, quemadmodùm pro certo traditur, liberos muratores eſſe perduellium rebellatorum genimina, & hinc in

in perpetuæ infamiæ notam vocari liberos, istúmque rebellionis spiritum in ipsis adhuc sub[illegible]ere gliscere, proditur ex propriis ipsorum expressis illis minis: Es wird ein mahl der oberiste Richter dißfalls schwere Rechenschafft fordern, daß man freyen Geistern ihre Rechte genommen, daß sie nicht frey vor sich leben können, sonderen von anderer willen *dependiren* müssen. Supremus judex aliquando rigidam rationem exacturus est propterea, quòd spiritus liberi ab aliorum voluntate dependere debeant, & quòd non permittantur pro suo libero arbitratu vivere. Legantur ibidem plura, christianis Principibus competit jus & plena potestas, ejusmodi liberorum muratorum scandalosa scripta, & in præjudicium divinæ ordinationis, ac legitimarum potestatum evulgata, publicè manu carnificis Flagellandi. Christianis Principibus competit jus & plena potestas omnes electiones liberorum muratorum irritas pronuntiandi, hoc ipso, quia totus ordo est merè politicus, imò merè ethnicus, neque in fide neque in aliquo motivo spirituali aut supernaturali fundatus. Ipsis mechanicis muratoribus nullum competit jus, sine differentia omnes homines, muratorum nugacitate non initiatos, profanos, & quasi inhonestos declarandi, Christianis verò principibus competit jus impe-

cand. p. 244.

randi,

randi, ut in omnibus cauponis inscribantur vel hæc, vel similia verba, arceatur liberorum muratorum grex profanissimus, & excommunicatus, vel proscriptus.

74. Christiani Reges ac Principes haud obliviscentur Caroli Quinti præclarum imitari exemplum. Pertransiens aliquandò pius Imperator Neapolim, conspexit in Palatiis ac præcipuis ædibus liberum equum sine fræno depictum. Demiratus inquisivit hujus picturæ causam? inaudiens itaque, hunc liberum equum absque fræno esse ipsius civitatis insigne, & per hoc denotari, quòd nobilis hæc civitas semper sit sua libertate gavisa, & nullius unquam potestati subjecta: benè se res habet (inquit) ego faciam, ut iste liber equus frœno coerceatur, & paulò post in medio civitatis forte castellum ædificari fecit, la briglia dictum, â cujus præfecto cives in hodiernum usque diem reguntur, ac coercentur.

Ignat. Ertl. Dom. 5. post. Pent.

Sit igitur: mechanici muratores liberi volunt exleges esse, summa necessitas exigit, ut frœno coerceantur, & ad suam trullam demandentur, ne secùs increbrescat illud malum, quod salomon hisce quasi deplorat: *Est malum, quod vidi sub sole, quasi per errorem egrediens â facie Principis, positum stultum in dignitate sublimi, & divites sedere deorsum, vidi servos in equis, & principes ambulantes*

Eccl. 10. v. 5. & 6.

lantes super te tam quasi servos. Viri præclari aliàs per sua merita ad prærogativam nobilitatis ascendunt, Mechanici verò muratores, de rebellium tribu originem ac liberorum nomen trahentes quemlibet obvium de cœno aut cœmento venientem propria auctoritate per osculum trullæ nobilitatum, & principibus æqualem promulgant. candel. p. 286.

Ipsorum meritum est, Stoicam ac paganam moralitatem moralitati Christianæ supernaturali, imò divinæ præferre. Dealbatum morale ædificium usque ad summum contemptum Christi veri Dei construere, suam libertatem juribus ac legibus anteponere, atque prodere minis, quòd coronas & sceptra suæ sordidæ velint subjicere trullæ.

Verùm Deus virtutum ac scientiarum Dominus spiritu fortitudinis, sapientiæ & intellectûs replebit Christianas potentias ad consulendum tempestivè suis provinciis regnis & sceptris, atque ad reluctandum Antichristi præmissis. Neque quippe ignorant Christiani principes esse potiùs juri & & æquitati concinnum, ut vel ipsi nobiles mereantur amittere nobilitatis honorem, si cum suæ nobilis prosapiæ probro, cæmentitiæ proprio ære tam inutili se vendant plebiculæ. Ne offendant, quæso, verbum *inutili*, nam ad officia liberi muratores per se tam sunt inhabiles quàm inutiles, tum quia

ipsis illicitum, sive processuum, sive statuum, sive bellorum pro & contra examinare negotia, ne inde stoica quies, ipsorum suprema felicitas perturbationis incurrat periculum, tum quia suis principibus vel regibus non audent referre negotiorum successum, quotiescunque vel in minimo suo stercoreo & superstitioso secreto apparet incommodum, ad labores per se sunt inutiles, eo ipso, quia omnes volunt nobiles videri, & more nobilium tractari contra consuetudinem verorum muratorum, qui strenuè laborant, & ejusmodi murcidos erubescunt. Christiani & veri muratores non libertatem, sed obedientiam amant, per puram intentionem & observantiam legis Christo deserviunt, & hinc sibi construunt spirituale ædificium gratiis, & divinis oculis dignum, quæ omnia & liberis ipsis muratoribus apprecor, ut & ipsi convertantur, ac experiantur, quam dulce ac suave sit jugum Christi.

Denique universos hosce apices Deo ter optimo maximo dedico, consecro, subjiciens eosdem quoad omnia judicio, cui subjiciendi, atque hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri JEsu Christi, ut plenitudo cælestis benedictionis, illustrationis, virtutis, ac fortitudinis descendat super omnes in sublimitate positos, & super cunctos Christianos populos, â quibus unanimi consilio ac tota virtute resistatur Antichristi per liberos muratores præmissis conjunctis conatibus, soli autem Deo vivo & vero detur honor & gloria, & gratiarum actio, in sæculorum sæcula, Et dicent omnes cœlites

ad Ephes. 3. v. 14.

Amen.

Index

Rerum præcipuarum juxta numeros marginales.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

L.

M.

omnia

N.

O.

P.

Princi-

R.

S.

T.

V.

Verbum

Z.

---

cretum;

n. 34.

atur.

---

neu

e R.

des
ung
nn.

gli=
enr.




Biblioteka Jagiellońska
stdr0028987



